UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

Liber Undecimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

dedicatum erit: dignus plane in quo chriſtus in via habitet per gratiam: vt tandem in eo in patria habitare dignetur per gloriaʒ. Quod ipſe preſtare nobis dignetur: qui viuit et regnat deus per omnia ſecula ſeculoruʒ. Amē.

¶ Explicit liber decimus.

# Incipit prologus vndecimi libri.

Vndecimus huius voluminis liber cōtinet geſtorum ⁊ paſſionum ſanctoruʒ differentias quattuor. ¶ Primo illorum ſanctorum quoruʒ dies feſtiui nobis fuerūt penitus ignoti: ſed neqʒ eorum legende potuerunt in aliqua ſuperiorum librorum parte cōmode collocari. Scripſimus enim fauente domino geſta ſanctorum: quorum feſta per anni circuluʒ occurrunt. Quibus etiam addidimus quedaʒ alia ſanctorum quorūdam: qui vel ex nominis equiuocatione: vel ex alia circa materiam depēdētia: vel ex alia rationabili cauſa: potuerūt ceteris ſanctorum legendis coniungi: ſicut preſentem legentibus catalogum patere poteſt. Reſtabāt aūt alique legende: que nulla occaſione poterāt certis diebus anni locari: quas in hoc vndecimo libro reſeruauimus deſcribendas. ¶ Secundo illorum ſanctoruʒ geſta que per obliuionem aliquā ſuis inſerēda locis fuerunt omiſſa: quod diffiteri nō pſumo. Cui eni adeo preſtantis memorie occurrat: cūctaqʒ legerit vel audierit per ſingula cordi recondere ſuoqʒ recolenda tempore: facile in promptu ad votum habere. Neminē certe arbitror tali potiri priuilegio: niſi ſpiritu prius fuerit afflatus diuino. ¶ Tertio illorum ſanctorum: quorum geſta ⁊ paſſiones poſt ceptū opus: mihi de nouo apparuiſſe cōtigiſſet: aut in poſterum mihi vel poſteris appareret: qđ ꝑpter ſanctoꝝ infinitatē ⁊ librorum numeroſitatē accidere: de facili ſatis eēt. ¶ Quarto etiam illorum ſanctorum qui per futurorum temporum ſucceſſiones ab eccleſia militante canonizandi: ⁊ in ſanctorum numero conſeribendi forent: quod vſqʒ ad preſentis ſeculi finem credimus affuturum. Cuʒ non ſit abbreuiata manꝰ domini: que ⁊ in terris homines de nouo ſanctificare: ⁊ in celis multiplicare poteſt. Horum igitur etiam geſta preſenti cōſerenda volumini: non tam nobis ꝙ poſteris reſeruamus. Qua de re nec ipm opus noſtrū certo fine concludimus: eo ꝙ ſanctorum infinitas vſqʒ ad ſeculi finem augenda: nec finē habet: nec numerū. ¶ Ad feſta igitur que pſentialiter habemus exponēda veniendū eſt. Et primo quidē librum eccleſiaſtice hiſtorie tranſcurrentes: quedam que ex ipſo circa ſanctos aliquos omiſſa fuerant recolamus.

¶ Explicit prologus libri vndecimi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN







# Incipit liber vndecimus.

## De ſctis duobꝰ nepotibus chri-ſti ſm carnem confeſſoribus. Cap. i.



DUo nepotes do-
mini ſaluatoris ſm carnem ex
linea collaterali : videlicet ex
eius carnali genere nepotes: in-
de: qui dicebatur frater domini
quorum nomina euſebius ſilentio tegit: tem-
pore domitiani imperatoris ſub ſecunda chri-
ſtianorum perſecutione apud iudeã florebãt:
Cum autem domitianus iuſſiſſet perimi om-
nes de genere dauid ⁊ ſtirpe regia deſcendentes: hi duo delati
ſunt duplici inuidia: videlicet ꝙ ex dauid genere : ⁊ ipſius xp̃i
propinquitate nati eſſent. Quos reuocatus quidam: qui in hoc
miſſus fuerat: perduxit ad domitianum. Nam ⁊ ipſe de aduen
tu chriſti ſicut ⁊ alias herodes formidabat. Interrogati autẽ
ceſare ſi eſſent ex familia dauid confitentur. Interrogati quã
tis eſſent facultatibus vel poſſeſſionibus prediti. Reſpõdent:
ꝙ vtriqz non amplius eſſet in bonis nouem milibus denarijs.
Ex quibus ſingulis pars media proportione debetur : nec hec
ſibi in pecunia: ſed in eſtimatione terre ſubſiſterent: quam ha
bebant in trigintanouem iugeribus conſtitutam: quã que ſu-
is manibus lexcolebant ad victum conſequendum ⁊ tributum
perſoluendum In cuius teſtimonium manus labore rigidas:
⁊ callis obduratas proferebant. Interrogati de chriſto: quale
eſt regnum eius: vel quis ipſe: aut vnde: vel quando venturus.
Reſpondẽt: ꝙ neqz huius mũdi regnum: neqz huius terre ei
deſignetur imperium: ſed celeſte ei regnum per angelorum mi
niſteria in conſumatione ſeculi prepăretur: quando ſcilicet vẽ-
turus in gloria de viuis ac mortuis iudicabit. Domitianus au-
tem cum neqz in eis quicꝗ criminis iueniret: ⁊ vtilitatem eo-
rum ac verba maxime contemneret: abire eos libere iubet. Il-
li vo dimiſſi vel martyrij merito: vel tante propinquitatis pre-
rogatiua: pacis tẽpore duces eccleſie effecti vſqz ad traiani tẽ-
pore permanſerunt.

¶ De ſanctis romanis pontificibus ⁊ eorum
ſucceſſione. Cap. ij.









Romani pōtifices ⁊ eoꝝ ſucceſſiones: iō hic ponūtur: vt: que eccl'iaſtice hiſtorie lib. reſtabāt: h recolligātur: ⁊ ipſius ordo libri per ſingula/ſumarie trāſcurrat: quatenꝰ ad quoſdaȝ ſanctos epos romanos pontifices: qui in catalogo ſanctoꝝ cōſerti ſunt: ⁊ hactenꝰ omiſſi fuerūt perueniatur. Liber itaqȝ hiſtorie eccleſiaſtice romanos pōtifices enumerat a btō petro aplo vſqȝ ad ſyricium papā: qui ſucceſſit damaſo ꝑ ſucceſſiones ſctōꝝ epoꝝ numero. xli. Sub quo ſyricio liber p̄fatus finē facit. Omnes autē pape qui in dicto libro deſcribūtur ſanctificati habent: aut ī ordie martyrū: aut confeſſorū: excepto liberio qui hereſis arriane labe maculatus ſanctoꝝ pontificū cetū fedauit: ſicut alter iudas aploꝝ collegiū: ⁊ nicolaus ſacrū numerū leuitarum. ¶ Primus igitur in ſede romana btūs petrus apl's pontificatum tenuit: ⁊ primo quidē ſedit antiochie annis ſeptem: deinde cathedrā epalem in vrbe roma tenuit annis viginti quinqȝ: mēſibus quinqȝ: ⁊ diebꝰ tredecim: de quo ſupra actum eſt in feſto cathedre ſancti petri. viij. kalen. martij. ⁊ in feſto paſſionis ipſius. iij. kal. iulij. ¶ Secundus eps fuit linus de quo ſupra dictū eſt in eiꝰ paſſione. ix. kal. octob. ¶ Tertius fuit cletꝰ: de ꝗ ſupra ī eiꝰ paſſiōe ſexto kal. martij. ¶ Quartus fuit clemēs: de quo ſupra in eiꝰ paſſione nono. kal. decēbris. ¶ Quintus fuit anacletꝰ de quo ſupra tertio idus iulij. ¶ Sextus fuit euariſtus: de ꝗ ſupra. vij. kal. nouēbris. ¶ Septimus fuit alexander: de quo ſup. v. non. maij. ¶ Octauus ſixtus primus: de quo ſupra. viij. idus aprilis. ¶ Nonus teleſporꝰ: de quo ſupra non. ianuarij. ¶ Decimus iginus: de quo ſupra. iiij. idus ianuarij. ¶ Undecimus fuit pius: de quo ſupra. v. idus iulij. ¶ Duodecimꝰ anicetus: de ꝗ ſupra. xv. kal. maij. ¶ Tertiuſdecimꝰ ſother: de ꝗ ſup. x. kal. maij. ¶ Quartuſdecimꝰ eleutherius: de quo ſup. vij. kal. iunij. ¶ Quintuſdecimus victor: de quo ſupra. v. kal. auguſti. ¶ Sextuſdecimꝰ zepherinus: de ꝗ ſupra. vij. kal. ſeptēbris. ¶ Decimuſſeptimꝰ calixtus: de ꝗ ſupra pridie idus octobris. ¶ Decimuſoctauus vrbanus: de quo ſupra. viij. kal. iunij. ¶ Decimuſnonus pōtianꝰ: de quo ſupra. xiij. kal. decēbris. ¶ Vigeſimus antherꝰ fuit: de quo ſupra actū eſt non. ian. ¶ Vigeſimuſprimus fabianꝰ: de quo ſupra. xiij. kal. februarij. ¶ Vigeſimuſſcōs fuit cornelꝰ: de quo ſupra xviij. kalē. octob. ¶ Vigeſimuſtertius lucꝰ: de quo ſupra. iij. non. martij. ¶ Vigeſimuſquartus ſtephanus: de quo ſupra. iiij. non. auguſti. ¶ Vigeſimuſquintꝰ ſixtus ſcōs: de quo ſupra viij. idus auguſti. ¶ Vigeſimuſſextus dionyſius: de quo ſupra. vij. kal. ianuarij. ¶ Vigeſimuſſeptimus felix primus: de quo ſupra. iij. kal. iunij. ¶ Vigeſimuſoctauus fuit marcus primus: de quo ſupra nonis octob. Et hic ſolus de numero tantoꝝ pontificū: videlicet tā ſupra poſitoꝝ ꝙ̄ infra ponēdoꝝ vſqȝ ad ſilueſtrū papā martyriū euaſit. ¶ Vigeſimuſnonus eutychianus: de quo ſupra. vi. idus decēbris. ¶ Trigeſimꝰ caius: de quo ſupra. x. kal. maij. ¶ Trigeſimuſprimus marcellinus: de quo ſupra. vi. kal. maij. ¶ Trigeſimuſſecundus marcellꝰ: de quo ſup. xvij. kal. februarij. ¶ Trigeſimuſtertius euſebiꝰ: de quo ſupra vi. kal. octobris. ¶ Trigeſimuſquartꝰ melchiades. de quo ſupra. iiij. idus decembris. Oēs prefati pontifices excepto marco ꝑ martyriū aſſumpti fuerunt. ¶ Trigeſimuſquintus fuit ſilueſter primus inter epos ꝯfeſſores: de quo ſupra actū eſt pridie. kal. ianuarij. ¶ Trigeſimuſſextꝰ fuit marcus ſcōs: de quo ſupra non. octob. ¶ Trigeſimuſſeptimus iulius: de quo ſupra idibus apꝛil. ¶ Trigeſimuſoctauꝰ fuit liberius hereticus tpe cōſtātij imperatoris: qui primo quidē dū nollet arriane hereſi cōſentire ab eodeȝ auguſto in exiliū miſſus eſt: vbi ſtetit ꝑ ānos. iij. Sed demū ꝯſentiēs hereſi predicte: ab eodē conſtātio reuocat ⁊ in epm cōfirmat: ⁊ felix qui ſi eiꝰ locū a clero ⁊ pplo romano ꝯſtitutꝰ fuerat: papa martyrio coronat. ¶ Sicqȝ. xxxix. eps fuit felix ſcōs martyr: de ꝗ actū ē. iiij. kl. aug. ¶ Quadrageſimus fuit damaſus papa ⁊ ꝯfeſſor: de ꝗ ſupra actū eſt. iij. idus decēbris. ¶ Quadrageſimuſprimus ſyricius ſub quo liber eccleſiaſtice hyſtorie fineȝ facit. Et hunc omiſſuȝ immediate infra ſupponemus.

¶ De ſancto Syricio papa. Cap. iij.



Siricius papa natione romanus ex patre tyburtio damaſo Pape in epatu romano ſucceſſit: ⁊ ſedit ānos. xv. mēſes. xi. dies. xxv. Hic ꝯſtituit vt monachi fierēt clerici vtilitatis cauſa vel ſumme neceſſitatis. Et vt nullus p̄ſbyter miſſas celebraret niſi in ſacratis ab epo locis. Hic manicheos in vrbe īuenit ꝗs exilio dānauit. Et cōſtituit vt nō ꝑticiparēt cū fidelibꝰ cōmunionē. Sed p̄cepit vt ſi ꝗs ex eadē ſecta rediret ad eccl'iā cōuerſus: nullatenus cōicaret: niſi tm̄ religioni monaſterij oībus diebꝰ vite ſue obnoxiꝰ te

neretur ieiunijs ⁊ orationibus maceratus: ⁊ probatus ſub omni examine vſqȝ ad vltimū diē tranſitus ſui: ⁊ ſic viaticuȝ recipiat. Hic quoqȝ ſynodū celebrauit apud cōſtātinopolim.cccl.epoꝝ. Et poſtq̄ ſedē apl'icam feliciter gubernaſſet: dormiuit cū patribus ſuis. Et ſepultus eſt ad ſanctuȝ petrū plenus ſctitate. Et ceſſauit epiſcopatus dies.xx.

¶ De ſancto zozimo papa. Cap.iiij.



ZOzimus papa natione grecus ex patre abramio innocentio pape primo in pontificatu romano ſucceſſit. Seditqȝ annos. ij. menſes. iij. dies. xxv. Hic multa ſanctitate polluit: et pauperuȝ largus beneficus extitit. Hic conſtituit vt ſeruus nullomō clericus fieret. Et in ſabbato ſctō cereū in oib⁹ titulis vrbis bñdici pcepit. Et oēs clericos vinū in publico vendere phibuit. Et hic plen⁹ ſctitate in pace quieuit. Et ſepultus eſt in via tyburtina iuxta corp⁹ bti laurētij mar. Et ceſſauit epatus dies.xi

¶ De ſancto Simplicio papa. Cap.v



SImplicius papa natiōe tyburtin⁹ ex pr̄e caſtino hilario pōtifici in epatu romano ſucceſſit ⁊ ſedit ānos.xv.mēſem.i.dies.vij. Hic vir btiſſimus dedicauit eccl'iā ſcti ſtephani iuxta baſilicā ſancti laurētij: ⁊ baſilicā ſancte ſabine martyrȝ: vbi corp⁹ ei⁹ requieſcit: cū quattuor mille ducētū ſexagintaduo ſctōꝝ corporibus. Hic.xxviij. pſbyteros p titulos in vrbe roma cōſtituit: ppt penitētes ⁊ baptiſma. Et vt.vij.epi p hebdomadas ad eccl'ias patriarchales ſiue ad earū regiones manerēt. Et fecit.v.regiones pſbyteris vrbis diuidendas. Primā regionē ad ſctm̄ iohēȝ lateranēſem. Secūda ad ſctm̄ petrū. Tertiā ad ſctm̄ paulū. Quartā ad ſctm̄ laurētiū ex muros. Quintā ad ſanctā mariā maiorē. Conſtituit quoqȝ vt nullus clericus īueſtiturā a laico reciperet. ¶ Sub hui⁹ epatu venit relatio de grecia p epiſtolaȝ ab acacio cōſtātinopolitano epo: ſimulqȝ ⁊ a timotheo catholico: ⁊ affirmauit petrū alexādrie vrbis epȝ eſſe eutychianū hereticū: plurima de eo crimia affirmās. Quo audito ſimplici⁹ dānauit petrū: ita tamē vt penitētie ſeruaret tpſ. Et poſt hec ſctūs eps q̄euit in dn̄o: ⁊ ſepultus ē iuxta corpus bti petri apl'i in vaticano. Et ceſſauit epiſcopatus dies ſeptem.

¶ De ſanctis Alexādrinis epiſcopis et eorum ſuceſſione. Cap.vi.



ALexandrini epiquoruȝ ſucceſſiones in eccleſiaſtice hiſtorie libro deſcribūtur: ⁊ qui in ſanctorū catalogo cōnumerantur: fuerunt nūero.xxiij. videlicet a btō marco euāgeliſta vſqȝ ad theophilū: videlicet a prima ipius eccl'ie fundatione: vſqȝ ad tēpora archadij ⁊ honorij auguſtorum. ¶ Quoꝝ pōtificū: primus ipius eccl'ie fūdator fuit btūs marcus apl'us ⁊ euangeliſta: de quo in ſecūdo libro eccleſiaſtice hiſtorie habet̄: ⁊ de quo ſupra in eius paſſiōe dictum eſt.vij.kal' maij. ¶ Secūdus fuit ſctūs anianus pfati marci diſcipul⁹: de quo ſup̄ dictū eſt. iiij. non̄.octobris: q̄ tenuit ipam ſedē p annos.xxij. ¶ Tertius fuit abilus de quo ſup̄ dictū eſt.viij.kal'. martij: q̄ ſedit in ipa ſede ānis.xiij. ¶ Quartus ſucceſſit cerdo de quo habet̄.iiij.libro eccleſiaſtice hiſtorie cap̄.i. ⁊ hic ibidē ſedit annos.xvij. ¶ Quintus fuit primus de quo eodem libro cap̄.iiij. ⁊ hic ſedit in ipſa ſede annos.xij. ¶ Sextus fuit iuſtus: de quo codeȝ cap̄.v. ⁊ hic annos.xi.ſedit. ¶ Septim⁹ ſucceſſit eumenides: de quo pfato libro. cap̄.xi. qui ⁊ ſedit ibidē annos.xiij. ¶ Octauus fuit marcus de quo eodē libro ⁊ capitulo: qui et ſedit ānos.x. ¶ Nonus fuit celadion: de quo eodem libro cap̄.xix.qui et ſedit annos.xiiij. ¶ Decimus fuit agrippinus de quo eccleſiaſtice hiſtorie libro.v.cap̄. ix. ⁊ hic ſedit ānos xij. ¶ Undecimus ſucceſſit iulianus: de quo eodē libro capitulo.xxij.q̄ ſedit p annos decē. ¶ Duodecimus fuit demetri⁹ de quo libro. vi.cap̄.xix.qui ⁊ ſedit ānos.xliij. ¶ Tredecimus fuit heraclas: de quo habet̄ eodē li.cap̄. xxij.q̄ fuit vn⁹ ex diſcipl'is origenis pbatiſſimus: cui ⁊ preceptor eius ex alexādria pfugus: veniēs ceſareā auditoriū ſuū reliqrat. Et cū hic apō ceſareā moraret̄: inueri ad eū non ſolum regionis ipius viri: ſed ex puincijs pcul poſitis cōcurrebāt: ⁊ relicta pria: ac parētibus ſequebātur eū tāq̄ deū docēte. Et hic in ipſa eccl'ia prefuit annos ſex. ¶ Decimuſquartus huic ſucceſſit dionyſius: de quo libro.vi. eccl'iaſtice hiſtorie multa pſcribut̄. ⁊ de hoc ſup̄ actū eſt in geſtis eius.xv. kal'. decēbris. Hicqȝ ſedit ānos.xvij. ¶ In ſequētibus vo eccleſiaſtice hiſtorie libris additur ⁊ alij.viij.pōtifices alexādrini. ¶ Ex his aūt quintuſdecimus in ordine fuit maxim⁹ qui ſedit annos.xiij.de quo ſupra.v.kalē. iunij.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Sextuſdecimus theonas: qui ſedit annos. xix. de quo ſupra. x. kalē. ſeptembris. ¶ Decimuſſeptimus petrus: de quo. ſupra i eius paſſione actū eſt. vi. kal̄ decēbris. qui ſedit annos. xij. ¶ Decimuſoctauus achillas: de quo ſup̄ in eius legēda. vij. idus nouēbris. qui ſedit āños. ix. ¶ Decimuſnonus alexander: de quo ſimiliter ſupra in geſtis eiuſdē. iiij. kal̄. martij: q̄ ſedit āños. vij. ¶ Vigeſim⁹ athanaſius doctor iſignis. q̄ ſedit āños. xlvi. de quo ſupra actū eſt in geſtis eius. vi. nonas maij. ¶ Vigeſimuſp̄rim⁹ petrus ſecūdus: q̄ licet martyr nō fuerit: de ſede tñ̄ eiect⁹ ad tē pus p̄ quēdā luciū hereticū: q̄ alexandriā ecclēſiā iuaſit. ¶ Vigeſimuſſecūdus huic ſucceſſit timotheus: ſub quo liber p̄fatus eccleſiaſtice hiſtorie cōcludit̄. Om̄es aūt p̄nominati gl̄ioſi pōtifices in ſctōꝝ nūero collocant̄.

¶ De ſanctis Antiochenis epiſcopis ꝛ eoꝝ ſucceſſione. Cap̄ vij.



Antiocheni ep̄i: quoꝝ ſucceſſiones ꝛ tē pora in eodem eccleſiaſtice hiſtorie lib. cōferta ſunt: et qui in ſctōꝝ catalogo ponūtur: ſunt nūero. xxiiij. videlicet a btō petro ap̄lo: qui p̄mus ātiochie ſedit vſq̄ ad epiſcopū flauianū: q̄ floruit tp̄e: quo dictus liber ꝯcluſiōis ſuoꝝ tēpoꝝ finē accepit. ¶ Eoꝝ autē pōtificū p̄mus fuit btūs apoſtolus petrus: q̄ p̄mā eius eccleſie antiochene cathedrā accipiens: ibidē ſedit āños vij. ſicut dictū eſt ſupra in cathedra ſcti petri. viij. kal̄. martij. ¶ Secūdus fuit zache⁹: cui idē ap̄loꝝ princeps ātiochiā diſcedēs: eādem eccl̄iā cōmendauit: ſicut habet̄ in itinerario bti clemētis. ꝛ de hoc ſup̄ dictum eſt. x. kal̄. ſeptēbr. Hic aūt ep̄s in libro eccl̄iaſtice hiſtorie nō ponit̄: forte ex eo q̄ nō vere ſucceſſor petri: ſed q̄ſi ei⁹ vicarius fuerit: cū vt dictū eſt: ei petrus dictā eccl̄iā cōmēdauit: ꝛ modico tp̄e ibidē preſidēs forte an̄ petrū occubuit. ¶ Terti⁹ fuit enodi⁹ ep̄s ꝛ martyr: de q̄ ſup̄ in ei⁹ paſſiōe actū ē p̄die non. maij. ¶ Quartus fuit ignatius ep̄s ꝛ martyr: de quo etiā actū ē in ei⁹ paſſione. kal̄. februarij. ¶ Quītus fuit hero ep̄s ꝛ martyr: ꝛ de hoc ſup̄ actū eſt. xvi. kal̄. nouēbris: de his habet̄ in tertio eccleſiaſtice hiſtorie lib. ¶ Sextus ſucceſſit corneli⁹. ¶ Septim⁹ fuit hero ſecūdus. ¶ Octauus theophilus: qui ſextus poſt ap̄los deſcribit̄ occaſiōe memorata. Et de h̄ ſup̄ actū eſt tertio id⁹ octobris. Et de his habetur mentio eccleſiaſtice hiſtorie libro. iiij. ¶ Nonus ſucceſſit maxim⁹. ¶ Decim⁹ ſerapiō: ꝛ de his duobus in lib. x. ¶ Undecimus fuit aſclepiades: de quo ſup̄. xv. kal̄. nouēb. ¶ Duodecim⁹ philetus. ¶ Tredecimus aūt fuit zebenus. ¶ Quartuſdecimus babilas martyr: de quo ſup̄ actū eſt in ei⁹ paſſiōe. ix. kal̄. februarij. Et de his in lib. vi. eccl̄iaſtice hiſtorie tractat̄. ¶ Decimuſquit⁹ his ſucceſſit fabianus: ꝛ de hoc etiā in p̄fato lib. mētio habet̄. ¶ Decimuſſextus aūt fuit demetrianus. ¶ Decimuſſeptim⁹ fuit domnus. ¶ Decimuſoctau⁹ ſucceſſit time⁹. ¶ Decimſnon⁹ q̄ril⁹. ¶ Vigeſim⁹ aūt fuit dorothe⁹: vir erudītiſſim⁹ ꝛ in ſcripturꝫ diuinis ſatis intētus: q̄ pro mlt̄a diligētia etiā hebraicā liguā didicerat. Greca aūt eruditiōe liberali a pucro fuerat īſtitut⁹. Is eunuch⁹ a natiuitate fuit: quē diocletian⁹ iperator in admiratiōe ꝛ veneratiōe habebat: ꝛ ei cōtulerat p̄poſiturā. Cui⁹ ꝛ euſebi⁹ ceſarēſis eccl̄ie cōſcriptor hiſtorie auditor fuit vt de ſeipo tradit. ¶ Vigeſimuſ primus huic ſucceſſit tyrān⁹: ſub quo eccleſiarum p̄ſecutio increuit. De his agit̄ eccleſiaſtice hiſtorie lib. vij. ¶ Vigeſimuſſecūd⁹ fuit eudoxi⁹. ¶ Vigeſimuſtertius aūt ſucceſſit meletius: de quo ſup̄ dictū ē p̄die non. decēb. Et de his duobus habet̄ in. x. eccl̄iaſtice hiſtorie libro. ¶ Vigeſimuſquart⁹ aūt ꝛ vltim⁹ cōſcribit̄ flauian⁹, i. ip̄i⁹ hiſtorie lib. xi. Quo tempore liber ip̄e: vt dictum eſt finem facit: et ſue narrationis concluſionem.

¶ De ſanctis hieroſolymitanis epiſcopis et eoꝝ ſucceſſiōe. Cap̄. viij.



Hieroſolymitani ep̄i et eoꝝ ſucceſſiōes ac tē pora in eodē lib. eccleſiaſtice hiſtorie ordine texūtur: qui ꝛ ſctōꝝ nūero cōſcribūtur. Et hi a beato iacobo apoſtolo vſq̄ ad tēpus: quo ſue hiſtorie liber ipſe finem facit. xxxiij. numero colliguntur. Ex his autem. xv. priores fuerunt ex hebreoꝝ populo pontifices conſtituti: priuſq̄ aliquis ex gentibus ad epiſcopatum ipſius eccleſie aſſumeretur: qui omnes in ipſius eccleſiaſtice hiſtorie libro. iiij. ex ordine ponuntur. Et de his mentio habita eſt ſupra in geſtis zachei epiſcopi hieroſolymitani. x. kal̄. ſeptēb. ¶ Primus quoꝝ fuit iacobus frater dn̄i: de quo ſup̄ actū eſt i eius paſſiōe kal̄. maij. ¶ Secūdus fuit ſymeon: ꝛ de hoc ſupra dictum eſt. xij. kal̄. martij. ¶ Tertius fuit iuſtus. ¶ Quartus ſucceſſit prenominatus zacheus de quo ſupra. ¶ Quintus vō fuit tobias. ¶ Sextus beniamin. ¶ Septimus iohānes. ¶ Octau⁹ mathias. ¶ Non⁹ philipp⁹. ¶ Decim⁹ ſeneca. ¶ Undecim⁹ vō ſucceſſit iuſtus ſcd̄s. ¶ Duodeci-

nus leui⁹. ¶ Tredecim⁹ effrē. ¶ Quartode
cimus ioſeph. ¶ Quintodecimus ⁊ finis ho
rum iudas. ¶ Poſt iſtos aūt cepit ex gētib⁹
in ibi eccleſia cōgregari: ſub helio adriano i-
peratore. Et prim⁹ quidē ex gentibus ipſius
eccleſie ſacerdotiū ſuſcepit. Marcus martyr
ſimul ⁊ ep̄s de quo ſupra in eius paſſiōe actū
eſt. xi. kal. nouēbris. ¶ Secūdus vō ſucceſſit
aſianus. ¶ Tertius publius. ¶ Quartus aūt
maximus. ¶ Quītus vō fuit iulian⁹. ¶ Se-
xtus caius. ¶ Septimus iulianus ſecundus.
¶ Octauus capithon. Nonus valēs. ¶ Deci
mus volitianus. ¶ Undecimus ſucceſſit nar
ciſſus. De quo ſupra actum eſt in geſtis eius
iiij. kal. nouembris: hi oēs prefate hiſtorie ec
cleſiaſtice libro. v. ſucceſſiue ponunt. ¶ Duo-
decimus his ſucceſſit alexāder olim ep̄s cap-
padocie de quo in eius legenda ſupra. xv. kal.
aprilis. Et hic martyrio coronat⁹ eſt: vt de eo
habetur eccl'iaſtice hyſtorie libro. vi. ¶ Tre-
decim⁹ ſucceſſit mazabanes. ⁊ de hoc eodē li
bro. vi. ¶ Quartodecimus fuit hymeneus.
¶ Quintodecim⁹ zabdas: ⁊ de his libro. vij.
mētio fit. ¶ Decimuſſeptimus ſucceſſit cyril
lus: de quo ſup. iiij. kal. februarij. ¶ Decimuſ
octauus aūt ⁊ vltimus iohānes: de quib⁹ duo
bus in libro. xi. mētio habetur. Et cū horum
vltimo liber ipſe terminatur.

### ¶ De ſanctis Ceſaree paleſtine epiſcopis. Cap. ix.



Ceſarenſes ep̄i illius vi-
delicet ceſaree q̄
eſt in paleſtina:
qui ī p̄fato eccl'iaſtice hyſto
rie libro ſācti ponunt: ⁊ ſuc
ceſſiue ſibi cōnumerant fue
rūt quattuor. ¶ Prim⁹ quo
rū eſt theotiſtus: de quo ha-
betur libro. vi: q̄ auditor fuit origenis: ⁊ vna
cum ſancto alexādro hieroſolymꝰ ep̄o: omne
pene vite ſue tempus ad audiendum ipſum
mancipabāt: atq3 ipſi ſoli diuinis ſcripturis
⁊ eccleſiaſtica doctrina ſumma magiſterij cō
cedebāt. ¶ Secundus fuit domnus: qui poſt
breue tempus defunctus eſt. Tertius theoti-
gnus qui etiam origenis auditor fuerat. Et
de his duobus fit mentio libro. vij. capitulo
xviij. ¶ Quartus ſucceſſit agapius: qui mul-
to labore: multaq3 diligentia in gubernatio-
ne populi adhibita: ⁊ precipue erga indigē-
tes paterna prouidentia ferebatur. A quo et
vir per omnia prudentiſſimus vita eruditio-
ne ⁊ moribus adornatus: pamphilus ipſi⁹ ec
cleſie preſbyter ſurrogatus eſt: vt habetur li
bro. vij. eccleſiaſtice hyſtorie, cap. xxviij.

### ¶ De ſanctis Laodicie ep̄is. Cap. x.



Laodicienſes ſcti ep̄i
q̄ ſanctor nu-
mero conſcri
bunt in premiſſo libro. v. no
minatim explicant. ¶ Pri
mus quorum fuit ſocrates.
¶ Scd̄s euſebius alexādri
nus genere: qui in cā pauli
ſamoſateni ad p̄tes ſyrie cū veniſſet: q̄ eſſet ī
ſcripturꝫ diuinis erudit⁹ a fratrib⁹ ſtudioſis
velut theſaurus q̄dā repert⁹ vltra nuſq̄ abi-
re p̄miſſus eſt: ſicut dionyſius ī epiſtolis ſuis
ſcribit. ¶ Tertius huic ſucceſſit anatoli⁹: de
quo ſupra actū eſt in ei⁹ feſto. vi. idus martij.
De his agit lib. vij. c. xxvij. ¶ Quartus fuit
ſer⁹ ep̄s. ¶ Quintus aūt ſucceſſit ſtephan⁹
qui nō fuit ſctūs. Nam de eo habetur: q̄ licet
eruditione ⁊ eloquētia prioribus nō inferior
fuerit: ſed fidei virtute lōge diſſimilis: ſicut
pſecutionis ignis p̄bauit. Nihil em̄ philoſo-
phie in neceſſitate tētationis oſtēdit. ¶ Se-
xtus aūt ⁊ vltim⁹ qui ⁊ ſctūs noiat theodo-
tus vir: nō ſolum v̄bis: ſed rebus ⁊ virtutib⁹
ornatus. Hic arte quidē medicus fuit. Sed ⁊
aiarum a dn̄o tranſlatus eſt in medicinā: ve-
re incōparabilis: qui ſup omnes pene hoies
fide miſericordia ſtudio vigilātia atq3 omni
bus optimis inſtitutionibus claruit. In ſcri-
pturis quoq3 diuinis laborem q̄plurimū geſ
ſit. Hic in pace quieuit. iiij. non. nouembris.
Hec prefato libro ſeptimo. cap. xxviij.

### ¶ De ſancto modeſto cōfeſſore. Cap. xi.



Modeſtus
cōfeſſor vita ⁊ do
ctrina apō antio
chia3 claruit t̄pe
marci antonij imperatoris.
Qui ī diuinis ſcripturis nō
mediocriter erudit⁹ magni
ficēti⁹ ceteris aduerſus mar
tionē hereticū: oēs ipſius de
ceptiōes ⁊ fallacias: retecto q̄ velabant neq̄-
tie tegmine denudauit: ⁊ apud ip̄am vrbē in
pace q̄euit. Sub ſeuero principe humanitatꝫ
debitū ſoluens. De hoc eccleſiaſtice hyſtorie
libro quarto, cap. xxv.

### ¶ De ſcō muſano p̄ſbr̄o ⁊ cōfeſſore. Cap. xij.

Muſanus preſby-
ter ⁊ ꝯfeſſor apud alexādria eo
dē t̄pe claruit. Cui⁹ ap̄lice fidei
⁊ ſanc doctrie monimēta ad eu-
ſebiū ceſarieſē3 p̄ueniſſe dn̄r. Ei⁹ etiā fert li
bellus multa elegantia ſcript⁹ ad q̄ſdā frēs
qui declinauerāt ad hereſim: q̄ dicit encrati

carum: tunc nuper exortam. Cuius auctorez fuiſſe tacianū ſermo aſſerit. Hic aūt ſanctus cōfeſſoꝛ apud alexandriā in pace quieuit. De hoc habetur eccleſiaſtice hiſtoꝛie: libꝛo quarto. cap̄. xxi. ꝛ. xxviij.

¶ De ſancto Pagato ꝛ ſociis martyribus. Cap̄. xiij.



Pagatꝰ martyr cū ſociis ſuis ꝛ quodā chꝛiſtiano noīe vectio: apō lugdunum ciuitatē gallie paſſi ſunt ſub perſecutione antonini imperatoꝛis. Cum eni ex acclamationibus vulgi p̄ſes in xp̄ianos nimia crudelitate deſeuiret. Pagatus martyr cuius vita ab adoleſcētia fuerat exanimata ꝛ pꝛobata ex perfecta charitate quā deū cuſtodiebat ꝛ pꝛoximū: cū tā crudelia ſupplicia ſeruis dei vidiſſet inferri: popoſcit ſe pꝛo ciuibus ſuis audiri: q̄bus nihil impietatis cōmiſſum pꝛobari poterat. Erat eni nobiliſſimus iter ſuos ꝛ erudítiſſimus. Verū eius defenſionē iudex nō recipiēs: inquiſiuit tātū ſi eēt xp̄ianus: qui cū ſe xp̄ianū clara ꝛ libera voce pꝛofeſſus eſſetꝰ. Juſſit illū tanq̄ xp̄ianoꝝ aduocatū vinctoꝝ numero ſociari. Dū aūt defenſionē libertatis: que in noſtra religione conſiſtit: exequitur domini cum ſecutus exemplum animam ſuam p̄ oui bus ſuis poſuit, ꝛ amicis: ꝛ cum vectio quodam ciuitatis eiuſdem nobile glorioſo martyrio coꝛonatur. Quibus optimis ꝛ fideliſſimis ducibus vſus oīs reliquus ſanctorū eiuſdem vꝛbis choꝛus pꝛompti ꝛ alacres aīas ſuas pꝛo fidei libertate poſuerunt. Hec ex lib. quinto capitulo pꝛimo.

¶ De ſcō Alcippiade martyre. Cap̄. xiiij.

Alcippiades martyr apud lugdunū galliarum oppidum paſſus eſt ſub perſecutione iam dicta: de q̄ habetur eccleſiaſtice hiſtoꝛie lib. v. c. iij. ꝙ dum eſſet in numero eoꝛum qui pꝛo chꝛiſti vincti tenebanť: vitam ſatis arduam gerebat: nihil cibi volēs accipere: ſed tm̄ ſale ꝛ pane cum aqua vtebatur. Cumq; talem vite rigoꝛem vellet etiam in carcere poſitus obtinere. Attalo martyri in carcere etiam poſito diuinitus reuelatur: quia non recte faceret alcippiades creaturis dei non vti: ꝛ aliis foꝛmam ſcandali derelinquere. Quibus ille cognitis, cepit oīa cū gratiarūactione p̄cipere. Et hic demum pꝛo cōfeſſione nominis chꝛiſti in vinculis poſitus vitam martyrio conſumauit.

¶ De ſctō Apollonio cōfeſſoꝛe. Cap̄. xv.



Apollonius confeſſoꝛ ꝛ eccleſiaſticꝰ ſcriptoꝛ tēpoꝛe comodi imperatoꝛis claruit apud alexādriā. De quo fertur eccleſiaſtice hiſtoꝛie lib. v. cap̄. xviij. ꝙ aduerſus cataphꝛygas libellū edidit: in quo ſatis vigilanter pꝛophetias ipſoꝛum falſas eſſe cōuicit: ꝛ ſingula in eius verba coarguit: ſimul ꝛ vitā moꝛeſq; eoꝛum: qui auctoꝛes huius hereſeos extiterūt. Ex quibus omnibus ꝛ aliis q̄pluri mis vehementer ſupꝛadicta hereſis cōfutatur. Et hic vite ſanctitate non infimus in pace apud eādem vꝛbem quieuit.

¶ De ſancto Polycrate ep̄o. Cap̄. xvi.



Polycrates ep̄s apud epheſū claruit tempoꝛe cōmodi imperatoꝛis antedicti. Qui nobilis ep̄s ipſius ciuitatis vita ꝛ doctrina cōſpicuus vna cū bacchilo coꝛinthioꝝ epiſcopo: de quo īfra dicetur ab euſebio in. v. libꝛo. cap̄. xxij. plurimum c[o]mmendatur. Hic ex perſona oīum epiſcopoꝛum aſie de paſcha celebꝛando beati iohānis ꝛ veterum fretus auctoꝛitatibus ad victoꝛem romanum pontificē ſynodicā ſcripſit epiſtolam. Et hic inter ſanctos illius tēpoꝛis ep̄os pꝛeclarus epheſioꝛum ſedi feliciter pꝛefuit: gregem quoq; domini verbis ꝛ exemplis impinguauit. Sepultus apud eandem ciuitatem.

¶ De ſcō Heraclito cōfeſſoꝛe. Cap̄. xvij.

Heraclitus confeſſoꝛ ꝛ eccleſiaſticus ſcriptoꝛ claruit tēpoꝛe ſeueri imperatoꝛis: de quo euſebius. v. libꝛo cap̄. xxvij. dicit ꝙ īter alia eiꝰ ſapiētie opuſcula in ap̄lo paulo cōmētarios edidit. Et in ſanctitate vite in pace quieuit.

¶ De ſctō Maximo cōfeſſoꝛe. Cap̄. xviij.

Maximus confeſſoꝛ ꝛ eccleſiaſticus ſcriptoꝛ claruit tempoꝛe pꝛefati ſeueri pꝛincipis: qui virtutibus ꝛ ſapiētia nō minimus de famoſiſſima illa oīum hereticoꝛum, diſſeruit q̄ōne: qua ſemper inquiritur vnde ſint mala vel vnde malicia. Et ꝙ materia facta ſit ꝛ non infecta. Et hic ſanctus in chꝛiſto cū pace doꝛmiuit: de quo ꝛ euſebius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

premiſſis libro et capitulo ſcribit.

¶ De ſancto Candido confeſſore. Cap. xix.



Candidꝰ cōfeſſor et eccleſiaſticus ſcriptor eodē quo ſupra dicti iperatoris tēpore floruit: de quo et antedictus euſebius eodē lib. capitulo. xxvij. mētionez facit: quod in examerō. i. principio geneſis ſcripſit. Et operibus perfectis effulgens cum pace dormiuit.

¶ De ſancto Apio confeſſore. Cap. xx.

Apius confeſſor ꝛ ſimiliter eccleſiaſticus ſcriptor tempore eiuſdem ſeueri auguſti floruit. Et hic ſapientia et ſacror librorū itelligentia inſignis in apl'm paulū ꝛ i geneſiz libros nobile cōmētū exarauit: vt habetur eccleſiaſtice hiſtorie lib v. cap. xxvij. predictis. Et h in fidei confeſſione clarus humanitatis debitum virtutibus pollens exoluit.

¶ De ſancto Sexto cōfeſſore. Cap. xxi.

Sextus confeſſor et eccleſiaſticus ſcriptor: de quo ꝛ antefactus auctor ꝑmiſſis lib. et capitulo loquitur: claruit eodē tempore ſeueri iperatoris. Hic de reſurrectiōe tā xpi ꝙ mortuorū generali luculēter diſſeruit. Aliaꝗ nonnulla opuſcula edidit: et ſanctis fulgens operibus in chriſto requieuit.

¶ De ſancto Arabiano confeſſo. Cap. xxij.

Arabianꝰ confeſſor et eccleſiaſticus ſcriptor eodē antedicti ſeueri principis tpe floruit. Hūc ꝛ ex vite ſanctitate ꝛ doctrina ꝑclara euſebius eodē quo ſup libro ꝛ cap. inter ſctōs eius tēporis cōnumerādo ponit. Hic enim in ſuis libellis plurimas exortas in diebus ſuis hereticoruz inſidias: cōfutans fidem rectam et apoſtolicam monumentis ſuorum mandauit voluminum. Et hic in pace diem clauſit extremuz.

¶ De ſancto Leonide martyre. Cap. xxiij.

Leonides martyr apō alexādriaz paſſus ē ſub ſeueri iperatoris perſecutiōe. Hic pater fuit origenis famoſi doctoris ꝛ eccleſiaſtici ſcriptoris. Qui tētus a ꝑſecutoribus ꝛ in carcerē truſus eſt. Cui origenes de domo adhuc adoleſcens annorū xvij. epiſtolam exhortatoriam ſcripſit ipſum ad fidei conſtantiam et paſſionis tolerantiā exortans. Cumqꝫ diis gentilium immolare non acquieſceret: et chriſtum negare renueret: pro martyrio chriſti capite plexus eſt. Alexandrieqꝫ a chriſtianis tumulatus iacet. Hec eccleſiaſtice hiſtorie libro ſexto cap. ij.

¶ De ſancta mamea regina et martyre. Cap. xxiiij.

Mammea regina mater fuit imperatoris alexandri. Cuius tempore origenes in eccleſia dei ſapientia et eloquentia ac vita floruit. Hec vt de ea ſcribitur lib. vi. cap. xvi. de raris religioſa femina: cum de origene fama magnifica vbiqꝫ et celebris haberetur. Ita vt nec principium quidem lateret aures: miſſis militaribus viris antiochiam: vbi per idem tēpus ipſa regina degebat: cum omni honore et ſupplicatione ad ſe famulum dei orat venire vt ſacrarum litterarum et fidei ab eo perciperet documenta. A quo et ipſa catholice religionis et diuini verbi monimenta ſuſcepit: et baptiſmi chriſtiani latenter ſacramentum excepit. Ob quod ab imperatore alexādro filio ſuo chriſtiani nominis perſecutore interfecta eſt et martyr domini conſecrata.

¶ De ſancto firmiliano epiſcopo et confeſſore. Capitulo. xxv.



Firmilianus epiſcopus apud ceſareaz cappadocie claruit temporibus alexandri imperatoris. Hec eiuſdem vrbis epiſcopus fuit et origenis auditor. Tantūqꝫ venerationis erga ipſum preceptorem ſuum habuit: vt indeſinēter ſcientie et doctrinis eiꝰ gratia: eū conſtringeret ſecum morari. Sed et ipſe derelicta eccleſia ad eum properabat: et vtebat religioſa quadam viciſſitudine: dum ipſum modo ad inſtructionem eccleſie ſue illū euocaret: modo ipſe ſui profectus gratia ad euz pergeret: et docenti ei iugiter diebus ac noctibus aſſiſteret. Hic ad antiochie plebem gratam ſcripſit epiſtolaz cōtra paulum preſbyterum ſamoſatenuz tunc nuper in conſilio antiochēſi de hereſi damnatū. Proceſſu vo temporis ipſe beatus epiſcopus cum occaſione dicte hereſis penitus extirpande veniret antiochiam: dum eſſet apud tarſum in pace quieuit: cuius corpus ceſaream tranſlatum ibidem ſepultum eſt. Hec euſebius libro. vi. capitulo. xix. ꝛ libro. vij. cap. xxvi.

De ſanctis Theodoro et Anthinodoro epiſcopis. Cap. xxvi.



Theodorus ⁊ Anthinodorus epiſcopi fratres germãi apud põti ꝓvinciã claruerunt temporibus maximini ĩperatoris. De quibꝰ tradit euſebius libro. vi. cap. xxii. ꝙ maiorhoꝛuꝫ natu theodorus vir famoſiſſimꝰ fuit: q̃ in epiſcopis apud pontũ gregorius nominatur: fide et virtutibus atqꝫ ſcia per omnia apl'icus. Sed eiꝰ frater anthinodorꝰ: quos origenes de auditorio rhetoris retractos: ſtudia cõium litterarũ: in diuinaꝫ ſuaſit philoſophiam cõmutare. Quiqꝫ apud eũ ꝑ quinquenniũ verbo dei operam dantes: in tantũ profectum diuine eruditionis atqꝫ ſcientie peruenerũt: tantũqꝫ vite merito et cultu enituerunt: vt ab his ſcolis eius ĩmatura adhuc etate: ad epiſcopatꝰ prouincie ponti ſacerdotium vterqꝫ raperetur. Qui ⁊ ambo ibidem in chriſto quieſcunt.

De ſancto Syro martyre. Cap. xxvii.



Syrus martyr apud alexãdriã paſſus eſt ſub decij ceſaris perſecutiõe. Hic cũ res cuiuſdam potentis ſub mercede procuraret. Iubetᷣ ab eo idolis ĩmolare. Recuſans cogitur iniurijs. Perſiſtens ruſum mulcetur blãdicijs. Cum vᷦo vtrũqꝫ cõtemneret: preacuta ſude validiſſime tranſuerberatus: et per media viſcera neci traditur: et martyrio coronatur. Hec euſebius libro. vi. cap. xxxi.

De ſancto Cheramone epiſcopo ⁊ martyre. Cap. xxviii.

Cheramõ martyr et eps venerandus ſenex apud alexandriam fuit. Hic pontifex vrbis egypti fuit q̃ dicitur nicopolis. Qui tempore deciane perſecutiõis: cum ad arabicum montẽ vna cum grandeua coniuge diſceſſiſet nulli vltra apparuit. Et cum ad perq̃rendũ eũ plurimi chriſtianorũ frequentiſſime proceſſiſſent: perſcrutatis oĩbus locis neqꝫ ipos vltra quiſpiam neqꝫ corpora eorũ potuerunt inuenire. Hec euſebius vbi ſupra.

De ſancta matre quedam ⁊ filiabus virginibus ⁊ mar. Cap. xxix.



Sancta quedam mater cũ duabus filiabus virginibus apud alexãdriã paſſe ſunt: ſub perſecutione diocletiani ⁊ maximiani auguſtorũ. De quibus refert euſebius libro. viij. cap. xiij. ꝙ cũ eſſet pulchritudine ⁊ pudicitia formoſa genere nobilis et copioſa facultatibus: filias duas virgines habebat ad materne pudicitie regulam enutritas: ſpecie ſimul et moribus ſe imitantes. Quas religioſa mater ſm preceptũ domini et timorẽ diuinum dedicauerat. Cum aũt declinãde perſecutiõis gratia ſui abſentiã procurarẽt: miſſi a preſide milites repertas eas venire antiochiam cogũt. Sed cũ perurgentibus militibus vehiculo iter agerent: religioſa et pudica mater filias lamentatur: ꝙ eas gẽtiles ſtudeant: aut a deo: aut a pudicitia ſeparare. Hortaturqꝫ illas ne mori pertimeſcãt: ne deſpecta pudicitia viuere cũ turpitudĩe cupiãt. admonetqꝫ illas necem eis aut opprobriuꝫ paratum peruenire: et impudicorũ cur ſu preripere. Cum aũt filias ad tale propoſitũ videret accenſas: et ad quẽdaꝫ fluuiũ perueniſſent neceſſitatis cauſa ſe deſcendere velle ſimularunt. Et dũ cuſtodes paululũ naturali verecundia ſeceſſiſſent: fluuijs ſe rapidis fluctibus iniecerunt. Sicqꝫ immaculatũ domino ſpũm reddiderunt. Hec euſebius.

De ſanctis Adaucto ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xxx.



Adauctꝰ martyr cum innumerabilibus vtriuſqꝫ ſexus ⁊ omnis etatis ſocijs apud phrygiam paſſus eſt. De quo euſebius libro octauo capitulo ſecundo tractat: ꝙ erat dux cuiuſdam ciuitatis in phrygia poſite: in qua erant omnes populi chriſtiani: ipſe autem in natione italus ſuper vniuerſum erat populum conſtitutus. Cum autem Diocletianus imperator gentilium legionem militum illuc miſiſſet: vt omnem ciuitatis illius plebẽ imolare cõpelleret: illiqꝫ omnes vnanimes ſe xpianos eſſe dicerent: ⁊ omnino ſacrificare cõtempſiſſent. Adaucto duce ⁊ curatore ciuitatis populuꝫ ex hortante: porterbis a gentilibus clauditur: ipſaqꝫ ciuitas oĩ ex parte ab eis circũdatur: ⁊ immiſſo igne oppiduꝫ vna cum viris oĩbꝰ ac mulieribꝰ paruulis pariter

ac ſenib⁹ ꝯcremarẽ: ita vt null⁹ penit⁹ ex illa vrbe etiã cũ optimo volẽtib⁹ daretur abſcederet. Sicqꝫ oẽs ciues ꝑfati celeſtis hierl'm ciues effecti gl'ioſo martyrio coronantur.

¶ De ſanctis pluribus martyribus apud alexandriam. Cap. xxxi.



Martyres plurimi apd alexandriã: paſſi ſunt ſub pſecutione antedicti Diocletiani. De quib⁹ euſebius octauo libro caplo decimoſcdo refert ꝙ trũcatis aurib⁹ atqꝫ inhoneſto vulnere narib⁹ manuũ quoqꝫ ceteroꝝqꝫ mẽbrorum ſummitatib⁹ amputatis: trũcũ ſinebãt abire deriſum. Quidã vo in craticulis prunis ſubterpoſitꝫ torrebanẽ. Inter quos duo nobiles iuuenes dũ cõprehẽſi ſimulacris imolare cogerenẽ: ſe ad aras duci poſtularunt. Et cum fuiſſent adducti: man⁹ ſuas ardẽti igni ſuper ponentes: ⁊ quouſqꝫ oĩs caro in ignẽ deflueret: immobiliter perdurarũt. Alij vo cum ad ſacrificandũ quererẽtur: ſacrilegam pollutionem vitam precipitio finierũt. Minore quidem tolerantie fiducia: ſed conſeruãde fidei maiore cautela.

¶ De ſanctis quattuor epiſcopis martyribus. Cap. xxxij.

Quattuor ſancti epĩ apud alexãdriã paſſi ſunt ſub diocletiana perſecutione. Quoꝝ noĩa hec ſunt: primus phileas: ſcḋs heſychi⁹: terti⁹ pachomius: quartus theodorus. Hi ex vrbibus egypti epĩ ꝓ confeſſione noĩs xpiani glorioſo apud ipaꝫ vrbẽ ſunt martyrio coronati. Hec euſebius libro. viij. cap. xiiij.

¶ De ſancto Pafnutio epõ. Cap. xxxiij.



Pafnutius epũs egypti partibus vn⁹ fuit ex numero ꝯfeſſoꝝ illorũ epoꝝ: quos maximian⁹ imperator dextris oculis effoſſis: ⁊ ſiniſtro poplite ꝑciſo ꝑ metalla dãnauerat. De hoc libro. x. eccl'iaſtice hyſtorie ſcribitur: ꝙ interfuit concilio primo ſanctorum patrum prius apud niceam ſub conſtantino auguſto chriſtianiſſimo celebrato. In quo tãta virtutum inerat gratia: vt ſigna per eũ nõmin⁹ ꝙ dudũ per apoſtolos fierẽt. Nam ⁊ demones tantum verbo fugabat: ⁊ egros ſola oratione curabat. Sꝫ ⁊ cecis dicit̃ viſuꝫ reddidiſſe: ⁊ paralyticos ad ſtabilitatẽ corporis reuocaſſe. Quẽ conſtantinus in tanta veneratione ⁊ affectu habuit: vt ſepius eũ intra palatium euocatũ cõplecteret̃: ⁊ illum oculum: qui in cõfeſſione fidei fuerat euulſus: auidioribus oculis demulceret. Et hic ad eccleſiam ſuam reductus ſenioqꝫ confectus: poſt vitam virtutibus inſignem in pace quieuit.

¶ De ſancta quedam captiua apud iberiam. Cap. xxxiiij.



Sancta quedaꝫ mulier captiua tẽpore cõſtantini magni impatoris claruit apḋ gentes iberorum: que ſub axe põtico iacẽt: ꝑ quaſdeus ipas' gentes primũ ad noticiam fidei conuocauit. Cum enim ipſa mulier chriſtiana apud ipſos populos captiuata: fidelẽ ⁊ ſobriã ac pudicã duceret vitã: ⁊ diebus ⁊ noctib⁹ in orõnibus ꝑſiſteret: ⁊ ex hoc barbari tanꝙ q̇d noui mirarent̃: ac q̇d ſibi hoc vellet curioſi ꝑcunctarentur. Illa ſe xp̃m deũ ſuũ tali ritu colere fatebat̃: qui velut ſibi ignotaꝫ nouitate noĩs mirabant̃. Erat aũt moris apud eos vt ſiq̇s paruul⁹ egrotaret a matre per ſingulas domos circunferretur: ab omnibus videlicet quicꝙ experti remedij poſtulante. Cum autem mulier quedam paruulum ſuum languidum per omnes circumtuliſſet ex more: nec aliquid remedij cepiſſet. Uenit ad captiuam: vt ſi quid ſciret: oſtẽderet. Illa ſe nihil remedij humani ſcire teſtatur: chriſtum tamen deũ ſuũ quẽ colebat: ſalutem hominibus deſperatam poſſe ipſi dare confirmat. Paruulum itaqꝫ cilicio ſuo ſuperpoſitum oratione fuſa ſanuꝫ reddidit matri ſue. Sermo defertur ad plures factiqꝫ fama magnifici ad aures regine grauiſſime egrotãtis ⁊ iam de ſalute quaſi deſperantis perlabitur que rogat ad ſe mulierẽ deduci illa negat accedere ne: nimis de ſe videretur preſumere. Regina facit ſe ad mulierem portari. Que ſimiliter ſupra ciliciuꝫ ei⁹ poſita: inuocato chriſti nomine continuo ſurrexit ſanata. Docet captiua reginam chriſtũ eſſe ſummi dei filiuꝫ: qui auctor eſt incolumitatis ⁊ vite: qui ⁊ regibus regna diſtribuit ⁊ mortalibus vitam. Quod domũ regreſſa marito regi ꝑcũctãti cãm ſubite ſanitatꝫ apuit. Ille mulieri mũera ꝑſentari iubet. Regina vo ei reſpõdet: ꝙ mulier nihil in auro vel argẽto appetit: ſꝫ ieiunio quaſi cibo paſcit̃. Nihilqꝫ aliud ꝓ mũere q̄rit: niſi vt xp̃s a rege ⁊ oĩ regno ei⁹ colat̃. Ad h̃ aũt rex ſegnior fuit: ⁊ ꝙuis ad xp̃m affectũ hr̃et ꝯuerſionẽ diſtulit. Ad qḋ tñ vxor illum ſepius commonebat.

¶ Quadā die in ſiluis venāte: ſubito aer denſiſſimis offuſcat᷑: dies in terre noctis caliginem vertit᷑: cūctiqȝ regis comites neſciētes quo ſe verterēt hincinde diſpguntur. Solus rex obſcuritate nimia circūdatus: deſpatiōe ſalutis anxius mēte xp̄m iuocat: vt ſi vere deus eſt quē captiua vxori p̄dixerat: nunc ſe de his tenebris eruat: vt ex hoc ip̄m omiſſis oībus colat. Ilicō lux terre reddit᷑: ⁊ rex incolumis ad domū reuertit᷑. Qui regine p ordinem geſta oīa pandit. Euocat captiuā: ⁊ nullū aliū p̄ter xp̄m ſe veneraturū ꝯfirmat. Illaqȝ regi poſcenti colēdi venerādiqȝ modum ingꝯtū erat femine pādit. Fabricari eccleſiam monet: formāqȝ deſcribit. ¶ Igit᷑ rex oī populo ꝯuocato que geſta cūcta fuerāt exponit: fidēqȝ doctus nōdū tñ initiatus aperit: ſueqȝ gētis primus apl's fit. Credūt viri p regē: femine p reginā: cūctiſqȝ id violētibus eccleſia inſtāter inſtruit᷑. Eleuato igit᷑ iā muroꝝ ambitu: dū intra colūne collocari deberēt: erecte duab⁹ p̄mis: cū tertia iā media parte fuiſſet erecta conſūptis oībus machinis hoīmqȝ ac boum viribus: attritiſqȝ oībus: ne loco q̄dem moueri potuit. Sed cuȝ interuētu noctis oēs abſceſſiſſent: ſola captiua mulier in orōne pnoctauit. Facto ſūmo mane rex ⁊ pplus anxij introgreſſu vidēt colūnā quam tot machine totqȝ ppl'i mouere nequiuerāt erectā: vt ſupra baſem ſuā librate ſuſpēſam vnius pedis ſpatio in aere pendētem. Oēſqȝ ppl'i admirātes verā eſſe fidē chriſti acclamabāt. Et ecce in oculis oīum mirātiū nullo cōtingēte: colūna ſenſim ſupra baſim ſuā depoſita ſūma cum liberatione cōſedit. Poſt hec reliquus colūnarū numerus cū ſūma facilitate ſuſpēſus ē: adeo vt oēs que ſupfuerāt ipſa die locarent᷑. Fabricata igit᷑ eccl'ia ⁊ perfecta ppl'i maioris ardori fidei ſalutē ſitiētes totius gētis legatos ad cōſtātinū imꝑatorē mittūt qui rei ſeriem exponāt: ſacerdotes ſibi delegari petunt: qui ceptū erga ſe dei munus iplerēt. Quibus ille cuȝ omni gaudio ⁊ honore trāſmiſſis: amplius ex hoc letatus eſt ꝙ incognitas illas romano iperio gētes iunxiſſet. Sicqȝ doctrina nouoꝝ p̄dicatoꝝ: nouus ppl's fidē chriſti vna cuȝ rege ⁊ regina ſuſcipiūt: ⁊ baptizati chriſtum exinde adorare ceperūt. mulier v̊o illa apud eaſdē gentes: p̄ma ibidē ſacre fidei auctrix: in ſanctitate vite ⁊ miraculoꝝ opatiōe perſeuerās cōfecta ſenectute quieuit in pace. Hec euſebius libro. x.

¶ De ſctō macario cōfeſ. Cap. xxxv.

Macarius cōfeſſor in nitrie partibus in deſerto videlicet egypti ꝓfundiſſimo claruit tp̄e valētiani imperatoris. Qui tertius fuit macarius p̄ter illos duos: de quoꝝ vno actū eſt ſupra. iiij. non̄. ianuarij. ⁊ de ſecundo. xviij. kal᷑. februarij. Hic cum diſcipulus magni antonij fuit. Qui vna cū iſidoro ⁊ heraclide ⁊ pābone ꝯdiſcipulis ſuis: in p̄fata heremi vaſtitate degebat. Cū aūt pſecutionis arriane tēpore p̄fati oēs inſimul cōuenictes ad mutuā charitatē oſtendēdam: in ſuis tabernaculis poſiti orātes interfectores ſuos expectarēt: delat⁹ eſt ad eos homo mēbris oībus ⁊ p̄cipue pedibus aridus. Qui ab eis oleo punctus inuocato xp̄i noīe cōtinuus ſanus exurgēs reuerſus eſt benedicēs deū. ¶ Cecus quidā ad cellam macarij itinere dierū triū in deſerto poſitam ſe adduci fecit. Quo poſtꝙ multo labore puenit: macariū domi nō iuenit. Cōtriſtatus autem: ſed feruore fidei creſcēs fecit ſe applicari ad partē illā parietis vbi ſenior cubare ſolebat. Et exinde paruȝ luti aridi: vbi paries oblitus erat aſſūpſit: ⁊ paline ſue ſuppoſuit: aquā qȝ de puteo vīi vir ſctūs bibebat hauſtā ſibi deferri rogauit: cū qua ſoluēs glebulā lutuȝ fecit: oculoſqȝ inde punxit: ⁊ aqua diluēs repēte viſuȝ recepit: nulloqȝ ducēte regreſſus domū cūctis ppl'is rē geſtam publicauit. ¶ Habebat aūt macarius leene ſpelūcā cellule ſue vicinā. Die quadā belua catulos ſuos cecos ad eū produxit ⁊ ad pedes eius poſuit. Qui cuȝ intellexiſſet pro cecitate catuloꝝ beſtia filios applicare: orauit ad dn̄m ⁊ ꝓtinus catuli receperūt viſuȝ. Et ſequētes matrē ad ſpelūcā redierunt. Et paulopoſt ipſa cuȝ catulis regrediens pelles ouiū plurimas velut munus pro gratia ad ſenē morſu oris auectas detulerūt. ¶ Cū autē lucius quidā prefectus alexādrie chriſtianos pſequeret᷑. Juſſit predictos oēs patres a grege ſuo raptos in inſulaȝ egypti paludū deportari: in qua neminē eſſe coperat chriſtianum. Sed cū ſenex noctu ad inſulā deducti fuiſſent: in qua erat templum idolorum ab incolis ſūma veneratione obſeruatum: ſtatim vt nauicula applicuit: ſacerdotis templi filia arrepta ſpiritu clamare cepit ſtridens ⁊ rabiens: ⁊ per populos hincinde diſcurrens. Quā populus detentā ad ſenum nauiculā deduxerūt. Et cū an̄ pedes eoꝝ vlularet: ⁊ ſanctos viros: cur ad demones loci illius expellendos veniſſent: interrogaret: illi malignum increpantes ſpiritum effugarunt ⁊ puellam ſanam parētib⁹ reddiderūt. Qui vna cum inſule populis conuerſi ad chriſtum ⁊ templum antiquiſſimum deſtruxerūt: ⁊ eccleſiā edificauerunt. Quod dum lucio alexandrie nunciatum fuiſſet: timens ne ex ſanctoꝝ patrum preſentia fides chriſti amplius creſceret: occulte eos ad heremuȝ remitti iubet. vbi macarius ieiunijs ⁊ orationibus iugiter intentus in chriſto feliciter obdormiuit: cuius corpus alexandrie tumulatum eſt.

¶ De ſctō piatoue preſby. ꝛ mar. Cap. xxxvi.



PIaton preſbyter ꝛ martyr apō tornacum ciuitatem paſſus eſt ſub domitiani imperatoris perſecutione. Hic alio nomine piatus dicitur. Qui ex vrbe roma oriundus: indeqꝫ egreſſus a beato dionyſio epō apud galliā preſbyter ordinatus: ꝛ ab eodē ad tornacenſem ciuitatē ad predicandū directus eſt: vbi multitudinē paganorū euangelizans ad chriſtū conuertit. Ad hūc comprehendenduꝫ prefectus nuncios deſtinauit: qui ab eiſdem apparitoribus detentus ꝛ iudici oblatus: dū chriſtum confiteretur: primo quidē fuſtibus cedi: deinde iuſſus eſt capite truncari. Cuius corpus truncum ꝛ exanime caput proprijs manibus acceptū pluſq̃ per duo miliaria deportauit: videlicet vſqꝫ ad locum vbi diuinitus ſepulturam elegit: vbi ꝛ glorioſe occumbens tumulatus quieſcit. Quo miraculo vltra mille gentilium conuerſi ſunt.

¶ De ſancto Didymo alexādrio confeſſore. Cap. xxxvii.



DIdymꝰ alexandrinus cōfeſſor ꝛ doctor floruit tēpore valētiniani iperatoris. Hic in parua etate lumē oculoꝝ amiſit: adhuc pene prioꝝ elementoꝝ ignarus: quo nō obſtante tātum ſui miraculū mundo prebuit: vt dialecticā: arithmeticā: ꝛ geometriam: quaruꝫ figurales propoſitiones ꝛ principia permaxime viſu indigent: vſqꝫ ad perfectum didicerit: omniumqꝫ deo docente: in breui diuinarū ꝛ humanarū rerū eruditionē ac ſcientiā percipit. Ad tante autē pfectionis apicē deuenit: vt ſchole eccleſiaſtice doctor extiterit: illuſtreſqꝫ viros auditores habuerit: videlicet athanaſium epm: hieronymū preſbyterū: baſiliū ceſarienſem: ceteroſqꝫ plures doctores inſignes in eccleſia dei ſapientia admodū ꝓbatos. Sanctitate quoqꝫ vite non mediocriter effulſit. Qui nunq̃ turbari viſus fuit: qꝛ corporeum lumē oculorū perdidiſſet. ¶ Hic plurima inſignia edidit. Bibliā enim totam iterpretatus eſt. Cōmētarios dictauit i pſalmos omnes. In euangelio quoqꝫ matthei ꝛ ꝛ iohānis. Scripſit de dogmatibus cōtra arrianos libros. ij. De ſpiritusancto librū: quē Hiero. ex greco trāſtulit in latinum. In eſaiam tomos. xviij. In oſee ſcribēs ad hieronymū cōmentariorum libros. iij. In zachariaꝫ eiuſdem hieronymi exhortatiōe. li. v. In iob cōmentarios. Multaqꝫ alia: que ipſe idem īdicare potuit ſcribentibus. Quieuit in xpo lxxx. anno iā exacto virtutibus ꝛ ſapiētia pollens. Alexandrieqꝫ tumulatus iacet.

¶ De ſancto Didymo abbate. Cap. xxxviij.



DIdymꝰ ſenex in deſerto interiori nitrie claruit. Qui inter cetera ſanctitatis inſignia ſcorpiones ꝛ ceraſtes ꝛ ſerpentes quoſqꝫ: qui in illis locis pro calore ſolis habentur acerrimi tā q̃ vermiculos nudis pedibus adeo conculcabat: ꝛ ita extinguebat. vt nihil ab eis pateretur mali. Hec in vitis patrum.

¶ De ſancto Pione abbate. Cap. xxxix.



PIon abbas i thebaidis deſerto floruit ſanctitate. Qui quotidie ambulans comedebat: vt minorē ſentiret delectationem: pergens ad heremum fodit puteum: ꝛ inueniens aquā amarā: eam oratione in dulcedinē cōuertit qua omni poſtmodū tpe vſus fuit. Cum aūt moyſes abbas ꝛ eius monachi fodientes: aquā īuenire nō poſſent. Pion oratione premiſſa terrā ꝑcuſſit: ꝛ aq̄ inde imediate ſcaturijt: de q̄ tn̄ minime guſtare voluit: ſed eā ad vſum illorū fratruꝫ dimiſit. Hic ſub abbate antonio. xxx. annis et eo amplius in ſctō inſtructus eſt propoſito. Qui de domo parentum egreſſus nunq̃ amplius ab eis viſus fuit. Requiſitus aūt a ſorore vidua: vt eā viſitaret: quē ipſa languens videre cupiebat: cū duobꝰ ſororis filijs de mādato patris antonij ad domuꝫ illius acceſſit: clauſiſqꝫ oculis igreſſus ꝛ egreſſus: ſe ab ea videri permiſit eamqꝫ minime reſpiciens: mox ad heremum repedauit. Hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Apelle cōfeſſore. Cap. xl.

APelles confeſſor egyptius ex fabro ferrario conuerſus eſt. Qui opus hoc exercens die quadā diabolū ſibi in ſpecie mulieris iuuenis ꝛ elegātis apparentē ferro cādēte percuſſit in faciē: qui ſtridēs ꝛ gemēs euanuit. Ex quo die ſanctus vir ferrū candens in manu ſine leſione tenebat. Vadens aūt ad heremum cibū nunq̃ ſumpſit:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

riſi tantū dominica die de manu ſacerdotis eucharistie ſacrm. Ceteris diebus nihil perci piebat: ſed opibus manuū inſiſtēs cingula iumentoꝝ de palmarū folijs texebat. De quib' egri tactu ſanabātur. Nam duꝫ quidam claudus a natiuitate: vt aliquo portaret camelo impoſitus: dum pedib' cingulū quo iumētuꝫ cinctum erat: quodqꝫ vir ſanctus texerat tetigiſſet: cōfeſtim deſcēdens pedibus ſolidis ambulauit. Hic etiā ab angelo diuina replet' ſciētia: multos ſuis ſermonib' edificabat: et vitia fratruꝫ ac virtutes latētes per ſpirituꝫ cognoſcebat. hec in vitis patrum.

De ſctō Piamone pſbytero. Cap. xli.



Piamon pſbyter in heremo de ſcythi floruit. Qui die qdā miſſam celebrās vidit angelū ſtantē ɔtra altare: monachos pſentes in codice ſcribentē: abſentes ſcriptos deletē. Et dum illi ad cōionē accederēt: angelus quorūdam ſcribebat noīa: quorūdam dimittebat. Piamon autem poſt miſſam diſcuſſis illis qui ſcripti nō fuerant. Inuenit in ſingulis eoꝝ mortale peccatum. Quibus reuelata narrās: tādiu cum illis fleuit: donec eidē iterū angelus apparuit: ꝛ eos cū ceteris aſcripſit. hec in vitis patrū.

De ſancto Beniamin ſene. Cap. xlij.

Beniamin ſenex: in heremo fuit. lxxx. annorum qui miraculis clarēs quoſcūqꝫ egros ad ſe delatos: oleo vngebat ꝛ cōtinuo ſanabant. Ipſe autē adeo hydropicus effectus eſt: vt per ianuā celle ſue niſi remotis aliquib' tabulis efferri nō poſſet. Qua paſſione per mēſes. viij. ante ſuuꝫ obitū laborauit. Mēs autē ifirmos ad ſe veniētes ſanabat: cunctoſqꝫ rogabat vt orarent deū pro anima eius de corpore nil curantes: eo ꝙ dum eſſet ſanus nihil ſibi profuiſſet. hec vbi ſupra.

De ſancto Coprete preſbytero ꝛ confeſſore. Cap. xliij.



Copres pſbyter annoꝝ circiter. lxxx. in heremo thebaidis fuit. Cuius duꝫ gētilis qdam olera furatus eſſet: ꝛ ea ad coquēdū cōpoſuiſſet: neqꝫ coqui poterant: nec caleſieri. Quod ille vidēs ablata ſancto retulit: ꝛ cōuerſus baptiſmum ſuſcepit. Eadē nocte fratres ſupuenerant ad coꝑetē: vnde ſanctus duplices honores dn̄o perſoluit dum olera reſtituta eiſdem appoſuit. Qui dū fratribus ad ſe venientibus pro edificatione eorum mirabilia quedā narraret: q̄ vix vnus ex illis credere poterat: dormitāti ipſi viſus eſt liber aureis litteris ſcriptus manibus copretis: ꝛ vox ſenis venerāda audita eſt fratrē increpātis: cur fidem auditis non adhiberet. illeqꝫ euigilās compunctus eſt. Arena vo pedibus eius attrita: per agros cōſperſa terre ſterilitatē auferebat. Hic dum quēdam manicheū populū ſeducentē diſputās excludere nō poſſet: fecit ignē accēdi: eo pacto: vt quiſqꝫ eoꝝ flāmas igreſſus iuſtus exiret: eī' fides approbata eſſet: ipſeqꝫ pmū ignē itrās illeſus exiuit. Dū autē hereticus intrare nollet a populo in flāmas violenter iniectus eſt. Dum autē mori ſe videret copretis auxilium iplorauit. A quo educt' dū pertinaciter cōuerti nollet: ab eodē eiect' ꝛ dimiſſus abijt confuſus. hec heraclides.

De ſanctis Syro Paulo ꝛ Eſaia confeſ. Cap. xliiij.



Syrus paulus ꝛ eſaias monachi fuerunt in ſcythi. Qui dum ſibi inuicē ad ripam fluminis occurriſſent vt fratrē quēdaꝫ anub noīe viſitarēt: orationē faderūt: ne in via impedirentur. Statimqꝫ nauiculaꝫ ſibi apparētem ſine remo vel remige: iter tridui vna hora cōtra iſtū fluuij pfecerūt. Cūqꝫ applicuiſſent: reuelatū eſt eſaie: ꝙ vir ad quem ibant eoꝝ ſecreta cordiū nouerat. Paulo reuelatū eſt: pdictū anub poſt triduum eſſe migraturum. Syro autem reuelatum eſt anub ſibi mane occurſurum. Cum autem illa nocte in orationibus pernoctaſſent: anub mane ad eos veniens eorum ſecreta eis patefecit. Cū quo manentes tribus diebus ab eo edificati ſunt. Illeqꝫ in eorum manibus expirauit: et ab eis ſepultus fuit. hec in vitis patrum.

De ſancto Effrate monacho. Cap. xlv.



Effrates monachus apud anthiochiam claruit tempore valētis arriani imperatoris contra catholicos ſeuiētis. Quē per plateam ciuitatis anthiochene ambulantem: vili habitu contectum: ꝛ longa ſenectute confectum imperator reſpiciens: interrogauit quis eſſet ꝛ quo iret. Cui ille ſe chriſtianum mona

chum ⁊ pro ſuo pergere imperio oraturum reſpondit. Quē imꝑator redarguit: eo ꝙ dñi more monachi ſtare deberet. Ille aūt ꝓ ouibus xp̄i liberandis ſe egreſſum dixit. Cubicularius aūt ceſaris ſancto viro mortē comminatus eſt: eo ꝙ principi nimis ſuperbe loqueretur. Et dum inde recedens imperatori balneum pararet: ſubito mente alienatus furibūdus in aquā feruentē ſe iniecit: ⁊ ibi extinctus: multis hereticis ad veritatē fidei catholice redeundi exemplum dereliquit.

De ſancta Sarra abbatiſſa. Cap. xlvi.

Sarra abbatiſſa claruit in ſcythi tp̄e theodoſij ſenioris: que. xiij. annis a ſpiritu fornicationis impugnata fortiſſime exorabat dominum nō vt pugna recederet: ſ3 vt ſibi fortitudo daretur. Cui tandem ſuper lectulū iacenti ſpiritus immundus apparuit: dicēs ſe ab ea victum fuiſſe: illa vō non ſe: ſed chriſtum illum viciſſe reſpondit. Hec ſupra alueu3 fluminis lx. annis habitauit: ⁊ nūꝙ̄ inclinata eſt vt flumen aſpiceret: ne forte ex tali viſione delectationem aſſumeret. Hec in vitis patrum.

De ſctā Syncletice abbatiſſa. Cap. xlvij.

Syncletice abbatiſſa vnde fuerit vel vbi in deſerto locū pro ſua habitatione habuerit nuſꝙ̄ reperitur. Putatur tamen ꝙ in deſerto vbi tunc monachi egypti vt plurimū habitare cōſueuerant. Quod autē vite probatiſſime fuerit: ex multis dictis eius ⁊ auctoritatibus: q̄ in vitis patrum in exemplum leguntur: ſatis colligi poteſt.

De ſancta tabita virgine. Cap. xlviij.



Tabita virgo ꝟna fuit ex ſororib' de gentibus i monaſterio illo grandi thebaidis: quod helias abbas perfecit: in quo ⁊ trecentas feminas congregauit: de quo ſupra actu3 eſt tertio idus ſeptembris. Hec autem in ipſo cenobio deuotiſſima fuit: ⁊ in tātū humilis: ꝙ ab omnibus deſpiciebatur: ⁊ quaſi inſana reputabatur. coquineq3 opera ⁊ alia quoq3 vilia officia ei imponebant: que illa fideliter adminiſtrans: nec cu3 alijs ad menſa3 ſedebat. Cui etiā ſorores multa cōuitia inferebant: illaq3 omnia patientia munita tolerabat. Angelus autem domini ſancto piterio abbati in heremo dudum conuerſanti apparuit: eūq3 admonuit: vt ad dictam ſororem viſitandā accederet: eo ꝙ ipſa illū meritis excederet. Ille autem veniens: dum ſingulas vidiſſet: nec eam quam querebat cerneret. Interrogat ſorores: an alia ſupereſſet: ille vō vnam inſanam ⁊ amentē ſupereſſe dicunt. Qua adducta ſanctus vir pedibus eius aduolutus ei ac ceteris per angelum reuelata narrauit. Tūc omnes moniales ad pedes tabite procidētes de illatis iniurijs veniam poſtulabant. Pro quibus tam ipſa virgo ꝙ̄ ſanctus abbas orauerunt. Paucis poſtmodum elapſis diebus virgo ex tali facto inanem gloriam fugiens: cenobium latenter egreſſa ſolitudinem petijt: ⁊ quo fine diem clauſerit adhuc ignoratur. Hec heraclides in paradiſo.

De ſancto phyllorhonio preſbytero. Cap. xlix.



Phyllorhonius preſbyter de regione galatie imperāte iuliano ſeculo renūciauit. A quo ſibi caluicie facta duriſſime verberibus attritus ac dimiſſus eſt: qui mox ad heremū properans ⁊ cum fornicatione ⁊ ingluuine maximam primo habuit pugnam: quam tandem ſumma abſtinentia ⁊ penitentia ſuperauit. Nam per annos. xviij. in quadam cella ſe clauſum ferro onerauit: ⁊ nec panem nec coctum dicto tempore aliquando comedit. Super hec ⁊. xxxij. annis nullo pomorum genere vſus fuit. Deinde poſtꝙ̄ ſpiritualia certamina vicerat: cum ſpiritibus etiam viſibiliter ⁊ corporaliter ꝑ annos. xl. luctam habuit. Preterea metu mortis per annos. vi. intra ſepulchra mortuorum ſe incluſit: vt ſic demonem quem ex mortuorum memoria metuerat ex eorū aſpectu continuo ſuperaret. Ipſe de labore manuum ſuarum. ccl. ſolidos elephantioſis preſtitit: ⁊ romam: hieroſolymam: ⁊ alexandriam: ac plura alia loca ſacra peregrinationis gratia pedeſter viſitauit. In morte proteſtatus eſt: ſe nunꝙ̄ ex ſenſibus ſuis a deo fuiſſe ſuperatū. Hec heraclides vbi ſupra.

De ſancto Badano ſene. Cap. l.

Badanus ſenex circa iordanem ſemper ſine tecto ſub diuo habitabat. Contra hunc iudei quidā emuli venientes inuidia furibundi ⁊ armati: dū vnus illorū eu3 ferire vellet: dextera quam erexerat: ſubito aruit: ⁊ ex eius digitis gladius excidit. Hec vbi ſupra.

De ſancta Siluia virgine. Cap. li.



SIluia virgo rufini alex: andrie ꝑfecti ſoror i heremo thebaidis ꝓuicie ſuperiori degebat: que ꝑ ānos lx. nec ora: nec pedes: nec aliquā mēbrorum partem exceptis digitis aq̄ lauit. Et dū decūbens languida a medicis ad balneū ſanitatis percipiēde gratia inſtantius ſuaderetur: nullaten⁹ acquieuit. Nec aliquādo in lecto: aut lectica iacuit: ſed ſuper nudā humū cubauit. Hec eloquētiſſima erat ⁊ amore ſacrarū litterarum nectes in diem vertēdo legebat. Hec heraclides.

¶ De sctō Siſinnio monacho. Cap. lij.



SIſinni⁹ monachus diſcipul⁹ abbatis elpidij: de quo ſupra dictū eſt in eius feſto iiij. nōn ſeptembris. Poſtꝗ̄ apud eū .vi. vel .vij. ānis fuiſſet: intra quodā ſepulchrū ſe incluſit: in quo per triēnium ſemper orauit: ⁊ nec die: nec nocte deambulauit: aut ſedit: aut iacuit. Qui etiam cōtra demones ſpecialē gratiā meruit. Adeoqȝ ſine vllo vitio mentis ⁊ corporis vixit: vt nullā eſſe generis diſtantiā inter mares ⁊ feminas cōprobaret. Tandē egreſſus ad cappadociā patriam ſuam: ⁊ preſbyter effect⁹ fratres ⁊ ſorores in vnum cenobium collegit: vbi et in pace quieuit.

¶ De ſancto diocle confeſſore. Cap. liij.

DIocles oli philoſophus ſecularis ad celeſtis philoſophie ſtudiū animatus eſt. Qui ad heremū ſuperiorē thebaidis acceſſit: ⁊ in artiſſima ſpelūca annos multos exegit. Ad ſe autē venientes admonebat vt ſui exemplo eorū deſiderio animū ſemꝑ cum deo eſſe ſtuderent: in ipſo qȝ ſpeleo vite terminū dedit. Hec vbi ſup.

¶ De sctō Capithone ꝯfeſſore. Cap. liiij.

CApithon iuuenis pri⁹ latro fuerat. Poſtmodū aūt ad heremū trāſiēs quīquaginta annis in antro quodā habitauit. Nec extunc vſqȝ ad tertiū vrbis alexādrie lapidē: nec vſqȝ ad flumen nili aliquādo accedere voluit: dicens ꝙ ſi ſe cōuerſationi hominū adhuc ingereret: inimicus quē nōdū vicerat ei fortius repugnaret. Hec ille.

¶ De ſancta Amata virgine. Cap. lv.



AMata vgo ſenex annorū .lxxx. abbatiſſa in monaſterio quodā thebaidis fuit habēs ſub ſui cura .lx. virgines, in abſtinētie puritate ei⁹ exēplo ⁊ doctrina viuētes. Inter quas erat vgo quedā noīe tora annorū circiter .xxx. pulchra facie ⁊ decora: ſȝ animi puritate ⁊ caſtitate formoſior: que nunꝗ̄ noua tunica vel melote aut nouis calciamentis vti voluit. Omnibus aūt ſororib⁹ die dn̄ico cenobium egrediētibus ⁊ ad eccleſiā procedētib⁹ illa ſola cū abbatiſſa domi manebat. Nā amata ꝑ annos .xl. quibus monacha fuit nunꝗ̄ limen cenobij trāſiuit. Cui sctūs martyr colonatus apparuit: eamqȝ prima dn̄ica futura in ſua eccleſia ad prandiū ſecū inuitauit. Tūc illa primū poſt annos .xl. ad eccleſiā martyris venit: panem ⁊ olera ſecū ferēs: vbi ſumpto cibo ⁊ facta orōne ad monaſteriū rediit: filiabuſqȝ viſa expoſuit: ſeqȝ cito migraturā predixit. Et poſt duos dies nulla egritudine corporis aut dolore capitis vexata: ſe vt erat ſepelienda cōponens: emiſit ſpiritum.

¶ De sctō punifico abbate. Cap. lvi.



PUnificus abbas cū eſſet p̄ſbyter et maximi cenobij in egypto pater cūctis honorabilis: fugiēs honorē ſeculi humilitatis grā iam ſenex de cenobio latēter fugit: ⁊ habitu ſeculari aſſumpto ſolus acceſſit ad monaſteriū tabēneſiotarū: qđ in vltimis thebaide ꝑtib⁹ artioris vite eſſe cognouerat. Ibiqȝ diutiſſime p̄ forib⁹ ꝑſeuerās ſe in monachū ſuſcipi poſtulabat. Quem illi recipere recuſabāt: eo ꝙ nō deuotiōis cā: ſed vel alēde ſenectutis vel famis reprimēde: ipm̄ iā ꝓuectū ad monaſteriū accedere velle putabāt: tādem ſūma importunitate ab abbate ſuſcept⁹ iuniori cuidam commendatus eſt. Cui adeo obediens fuit: vt etiam indigna ⁊ aſpera officia: etiam ſibi non impoſita exerceret: nunꝗ̄ attendens ꝙ preſbyter aut pater maioris cenobij fuiſſet. Nocte etiam conſurgens quedam neceſſaria furtim adimplebat: vt auctorem operis nemo deprehēderet. Cumqȝ per biennium incognitus ibi manſiſſet: requirentibus illum vbiqȝ fratribus ſuis tandem a quodam dum terram ſarculo foderet: ⁊ ſtercora geſtaret vir cognitus eſt. Qui abbatem ⁊ fratres loci vocauit: ⁊ quis eſſet punificus

vel qualis fuerat eis innotuit. Illi autem ve-
niam poſtulabāt: eo q̄ ſancto p̄ſbytero ⁊ pa-
tri monachoꝝ ignorātes: vilia impoſuerant.
Qui inuitus ⁊ flens ad priorē cenobiū guber
nandū rediit: vbi ⁊ poſt modicū tēpus felici-
ter in pace quieuit. Hec heraclides.

De ſancto Theremone abbate. Cap. lvij.



THeremō abbas in heremo
de ſcythi claruit.
Qui ibidem cēte
narius deceſſit. Hic eni adeo
dorſum ſuū tam tēporis vetu
ſtate quā orationū iugitate curuauerat: vt q̄ſi
in primeuā infantiā ſummiſſis manibus in ter
ram traheret̄. Hec qui ſupra.

De ſancto Artebio ep̄o. Cap. lviij.

ARtebi⁹ epiſco-
pus pāphilienſis ex anachori-
tica vita ad epiſcopalē iam di
ctam ſedem inuite ⁊ renitēter
aſſumptus eſt. Qui tn̄ in epi-
ſcopatu degēs heremi vitā nō deſeruit. quin-
immo ieiunijs ⁊ oratiōibus iugiter intētus cu
rā paſtoralē ſedule adminiſtrabat: ⁊ ad here
mum ſibi delectā ſepius accedēs ſanctos ana
choritas ⁊ patres frequētius perſona ⁊ bn̄di
ctionibus viſitabat. Hic apud pāphiliā in pa
ce quieſcens ibidem ſepultus iacet.

De ſctō Habetdeū ep̄o ⁊ mar. Cap. lix.

HAbetdeum epi
ſcopus lunēſis ⁊ martyr tēpo
re vandalice perſecutionis in
italiam martyriū paſſus eſt.
Qui dum arriane ꝓfeſſioni
reſiſteret: p̄mo in exiliū relegatus eſt. Dein-
de ipſum vādali reuocātes: obturato eidē ore
ipſum aqua more arrianoꝝ rebaptizarūt: pu
tantes ex hoc eius cōſcientiā violare. Sꝫ duꝫ
adhuc illis fortius obſiſteret ab eiſdem capi-
te ceſus eſt.

De ſancto Caſſiodoro confeſ. Cap. lx.



CAſſio-
dorus confeſ-
ſor ex ſenato-
re monachus
quōdam theo
dorici regis italie cancellari
us: natione apulus: floruit tē
pore childeberti regis fran-
corū. Hic vite ſanctitate ad-
modum effulgens diuina ⁊ humana litteratu
ra pollēs, nōnulla perutilia eccleſie dei digeſ
ſit. Scripſit nēpe librū. De trinitate. de ani-
ma, de amicitia. Familiariū epiſtolarū. de or
thographia. Super pſalterio centū ⁊ quinq̄
ginta tractatus ſuper centū ⁊ quinquaginta
pſalmos. Scripſit etiā hiſtoriā tripartitaꝫ.
Et iuſtiniani primi tp̄ib⁹ hūanitatis debitū
ſoluit. Sepultus in miraculis viuit.

De ſancto Geremaro abbate. Cap. lxi.



GEremarus abbas or-
tus villa gua-
tandra ex con
finio beluacē-
ſi ſup flumen: patre rigober-
to ⁊ genitrice aga ex nobili
francoꝝ ꝓgenie orta vnicis
parētibus poſt eoꝝ obitū oi-
bus pro chriſto paupibus erogatis: monacha
lem habitū a ſancto andoeno epiſcopo ſuſce-
pit: ⁊ in monaſterio pentuli multorum mona
chorum abbas cōſtitutus eſt. Cuius dum mo
nachi duras correctiones nō ferrent: cultellū
ſub lectulo ponētes: manubriū ſolo heſerūt:
acumē vo nudū erecta cuſpide ſupra lectū in
aereꝫ dimiſerūt: vt rediēs a matutino: ſe ſup
telū cum ipetu ſternēs ſemetipſum trāſfode
ret. Ille autē rediēs ab eccleſia finitis matu-
tinis: dum lectū vellet aſcēdere: diuino inſtin
ctu p̄ter morē manū circūducēs ferrū reppe-
rit: ⁊ ad eccleſiā reuerſus in oratione ꝑnocta
uit. Mane autē facto nemini aliquid idicās:
in capitulo corā fratribus abbatie renuncia-
uit: ⁊ ad ſanctum andoenum ꝑgens locum ſo
litariuꝫ ſibi ab eo cōſignādum popoſcit. Qui
bus ambobus per viſum nocte angelus locuꝫ
oſtendit. Qui mane ad locum pergentes dū
nebula totum circūitum: vbi erat conſtruen-
dum cenobiū operuiſſet. Vox de celo ſonuit:
q̄ ante annos quadraginta deus locuꝫ illū fi
deli ſuo geremaro ꝓuidit. Nebulaq̄ꝫ ſublata
locus totus rore perfuſus: quaſi ſi virga p cir-
cūitum fuiſſet deſignatus apparuit. Vbi edi
ficato monaſterio ſanctus geremarus cū qui
buſdam electis diſcipulis vſq̄ꝫ ad obitū ſuuꝫ
deo fideliter deſeruiuit: ibiq̄ꝫ ſepultus in pa
ce requieſcit.

De ſctō Rhemachlo ep̄o. Cap. lxij.



RHema-
chlus epiſcopus
traiectenſis cla-
ruit tēpore impe
ratoris conſtantini iunioris:
vt dicit ſigibert⁹. Qui poſtq̄
cōmiſſam ſibi eccleſiā aliquo
tēpore verbis atq̄ꝫ exēplis fe
liciter gubernaſſet: tādeꝫ ꝑ-
teſus ſecularium tumultuuꝫ: epiſcopatui reſi-
gnauit: ⁊ monachalis vite habitū aſſumens:
chriſto deinceps iugiter militauit. Et ſub mo

nachali obedientia de magiſtro effectus di-
ſcipulus in pace quieuit.

¶ De ſancto Landelino ꝯfeſ. Cap. lxiij.



Landelinus cõfeſſor:
qui ⁊ moroſus
a ſacto auſber
to epõ camera
cenſi ex predone ad chriſtum
cõuerſus ⁊ monachus effect⁹
a beato martino epõ turonen
ſi ad p̄dicãduz deſtinatus: fũ
dator fuit duoꝝ cenobioꝝ: videlicet lolobien
ſis aluei vaſlaris atqꝫ criſpinẽſis: in quo ſecũ
o corpore quieſcit. In ipſo igit̃ monaſterio
criſpinẽſi cũ duob⁹ diſcipulis ſuis aldeleno ⁊
domitião claruit: ibiqꝫ tp̄o ſeruiẽs i pace q̄e
uit. Quo tp̄e claruit giſlenus cellẽſis abbas:
maldegari⁹ dux: q̄ ⁊ vicẽti⁹ altimotẽſis ⁊ ſec-
zẽſis cuiſqꝫ ꝯiũx valdetrudis caſtrilotẽſis ſo
rorqꝫ valdetrudis aldegũdis melbodienſis.
Trudo etiã albaniẽſis: ⁊ alij m̃lti anglia ⁊ ſco
tia: q̄ vbiqꝫ v̄bũ dñi ſeminabãt. Tũc tp̄is ceno
biũ floriacẽſe a leodoboldo abbate fũdat̃: vbi
⁊ poſt annoꝝ decurſum corpus ſancti benedi
cti tranſlatum eſt: vt dictum eſt ſupra in eius
tranſlatione. v. idus iulij.

¶ De ſctõ Bernone abbate. Cap. lxiiij.



Berno
primus abbas
monaſterij clu
niacenſis ⁊ fũ
dator ipſius or
dinis clarum tp̄e cõradi primi
imperatoris. Cuius anno p̄ri
mo ordo icepit p̄dictus: anno
videlicet dñi. dcccccccxij. Hic
autẽ multa vite ſanctitate polluit: q̄d ex ipſi⁹
ordinis inſtitutione ſatis patere pot. Nã ſan
ctus vir nunq̃ potuiſſet aliter docere: q̃ vixe
rit. Qui dũ mori appropinquaret Odonem
monachũ ſuũ olim muſicũ ſibi ꝯſtituit ſucceſ
ſorem: ea conditione: vt eccleſia cluniacenſis
annuatim ſolueret eccleſie gigniacẽſi cenſuz
duodecim denarioꝝ: quod vſqꝫ hodie ſeruat̃.
Tãdem berno abbas exitiali languore deten
tus: vicinos epõs accerſiuit: ⁊ ſe reum tanto
miniſterio iudicãs: ⁊ ab ordine ſeipſuz depo
nens: odonẽ ordinat abbatẽ. Qui dũ pro viri
bus reniteret: vi fratrũ adductus ⁊ epõrum
mãdato ſub anathematis pena ſupatus acq̄e
uit. de quo ſupra in eius geſtis dictũ eſt. xiij.
kal. decẽbris. Sanctus autẽ berno poſt dies
modicos in pace requieuit.

¶ De ſctõ edgrao rege ⁊ ꝯf. Ca. lxv.

Edgarus rex anglo
inſignis frater eduui: cepit regnare anno otho
nis iperatoris vigeſimoſecũdo: dũ adhuc eẽt
iuuẽculus annoꝝ ſexdecim: quo naſcẽte dũſta
nus archiep̄s cantuariẽſis audiuit vocẽ de ce
lo angelice dicẽtẽ. Pax angliẽ q̃diu puer iſte
regnabit: ⁊ dũſtanus noſter vixerit. Regna
uit aũt annis. xvi. ⁊ quolibet anno nouũ mo-
naſteriũ fundauit: totãqꝫ inſulã in ſũma pa-
ce ⁊ iuſticia gubernauit. Nã regẽ ſcotoꝝ ciuã
dum cãbioꝝ malcolinũ: archipyratã maſcoſi
um oẽſqꝫ reges vualeſiũ numero. v. ad curiã
coactos perpetuo ſacro ſibi obligauit. Quos
apud legionũ ſibi occurrentes: ⁊ põpã trium
phi per fluuiũ deduxit vna naui impoſitos:
quã illi remigabãt: ⁊ ipe in p̄ra ſedebat. Cõ
patriotas ſuos a nimia potatiõe timore ⁊ in
duſtria refrenauit. Et adeo ſeuer⁹ fuit q̃ ibi
nullus fuit p̄uat⁹ latro: nullus popularis pre
do: niſi vellet amittere vitã: q̄netiã o ſ̄ gene-
ris feras ſanguinis auidas ex regno extermi
nauit. Suiduualo regi gualdẽſiũ indixit: vt ſi-
bi oĩ anno tributũ. ccc. lupoꝝ ſolueret. Quod
dũ ille plurib⁹ annis feciſſet: nullũ ſe ampli⁹
iuenire ꝓfeſſus eſt. Omni eſtate poſt paſcha
naues p oĩa littora adunari p̄cipiebat: ⁊ aſcẽ
dens ipſemet: mare circũibat: vt pyratas ar-
ceret: hyeme v̄o p ꝓuincias equitabat vt pre-
dones deleret: iudicia potẽtioꝝ exquirẽs ne
ius violarẽt. ¶ Quodã tp̄e venatũ pexerat
dũſtanũ qui ſecũ erat rogãs miſſaz differre:
q: dies dñicus erat. Appropinquãte hora ter
tia ep̄s ſacris indutus ſup altare regẽ expe-
ctabat: ſubitoqꝫ ſopore leui depſſus: rapt⁹ in
celũ audiuit cãtus ãgeloꝝ cãtãtes kyri el. ix
vicib⁹. Excitat⁹ poſt modicũ adhuc expectãs
rapit̃: ⁊ audiuit alta voce. Ite miſſa eſt. ⁊ re-
ſpõderi: deo grãs. Tũc accurrẽtes ei⁹ clerici
regẽ adeſſe dixerũt: q̄bus r̃ndit q̃ miſſaz au-
dierat: nec eẽ op⁹ q̃ ea die amplius celebra-
ret. Interrogat⁹ a rege cur hec diceret: ⁊ q̄-
re celebrare nollet viſionẽ apit. Et hoc ſupta
occaſiõe regi ꝓhibẽs ne die dñico vlteri⁹ ve-
natũ p̄geret. Quã correptionẽ ſctũs rex beni
gne ſuſcepit ⁊ decetero obſeruauit. Qui gu-
bernato regno poſt ãnos. xvi. anno etatꝫ ſue
xxxiij. i pace q̄euit: ⁊ miracul' p⁹ obitũ claruit.

¶ De ſancto deodorico epõ. Cap. lxvi.

Theodoricus me-
tenſis ep̄s imperatori othoni p̄
mo ſanguine ⁊ dilectione cõui-
ctus fuit. Qui duz in italica ex
peditiõe militaret: ⁊ ſctũs ep̄s
cũ eo p trienũ in ipſis p̄tib⁹ extitiſſet: ipe vi
deuotiſſim⁹ ex diuerſis locis ⁊ ciuitatib⁹ plu
rima corpa ⁊ reliq̄as ſctõꝝ collegit: que ipſe
ſecũ i partib⁹ ſuis aſportauit. Primũ a mar-
ſia corpus elpidij confeſſoris ſuſtulit. Cuius
ſocij cadauer: videlicet euthychij iã ipſe ipa-

tor ſuſtulerat. Ab amiternis euthichẽ marty-
rẽ cũ reliqͥs maronis ⁊ victorini ſociorũ illiꝰ.
A fulginio felicianũ epm̃ ⁊ martyrẽ: a peru
ſi o aſclepiedorũ martyrẽ: a ſpoleto ſerenum
martyrẽ cũ gregorio martyre ſpoletanenſis:
a cordinio pignora vincẽtij martyris olim ab
hiſpanijs per duos monachos capuam: ⁊ in-
de cordiniũ delata. A menãnia alterum vicen
tiũ epm̃ ⁊ martyrẽ: a vincentia leõtiũ epiſco
pum ⁊ martyrẽ: a florẽtia minyatẽ martyrẽ:
ab vrbe tudratina fortunatũ epm̃. A ſabinis
partes corpoꝝ prothi ⁊ hiacynchi martyrũ:
⁊ alia plurima que in eccleſia ſancti vincẽtij
martyris a ſe in ſaltuuallis cõſtructa locauit
cũ parte cathene ſãcti petri apoſtoli: ⁊ capil
lis eiꝰ: ⁊ ſanguine ſancti ſtephani ꝓthomar
tyris: ⁊ parte craticule ſancti laurẽtij: a ioha
ne papa ſibi donatis. Hec omnia prefatus ſã
ctus eps i dicta eccleſia deuote repoſuit: vbi
poſtmodum eccleſia ſua feliciter gubernata
in chriſto quieſcens tumulatus iacet: ⁊ mira
culis viuit. Hec ſigibertus.

¶ De ſancta Eteldrita regina ⁊
virgine. Cap. lxvij.



ETeldri-
ta regina ⁊ vir-
go i aglia claru
it: vt ait beda.
Que duobus nupta viris vir
go ꝑmãſit: viros adꝰ caſtita-
tis obſeruãtiã ſuis exhorta-
tionibus inducẽs: ⁊ ſemetip
ſaz illibatã cuſtodiẽs. Huiꝰ
pater fuit anna rex oriẽtalium anglorũ q̃ ha-
buit alias duas filias: etelburgã ⁊ ſexburgã.
Quarũ prima in monaſterio gallie: qð dici-
tur brigie: ſanctimonialis primũ: poſt abba-
tiſſa fuit: ⁊ ſemper incorrupta permãſit. Al-
tera herecoberto regi cũmariorũ vxoꝝ data
eſt. Ex quo genuit duas filias excotõgã: de q̃
beda multa ſcripſit: ⁊ hermenildaz: que vul-
ſio regi menciorũ data eſt i coniugẽ. Ex quo
habuit filiã vemburgã virginẽ. Mater apð
beluiũ poſt ſexburga abbatiſſa fuit: filia vo
apud legionũ ciuitatẽ deſcit. Que maxime
orones feminarũ ⁊ pueroꝝ exaudire credit.

¶ De ſctis Nuldruta ⁊ Nulbur-
ga virginibus. Cap. lxviij.



NUldruta
⁊ nulburga virgi
nes ſorores carna
les in anglia claruerunt. De
quibꝰ beda ſcribit: ꝙ fuerũt
filie mẽguardi fratris guel-
ferij regis: ex vxore mẽbur-
ga filia hermerendi fratris
hercoberti; quarũ prima in
cenobio ſcti auguſtini cãtuarie: ſcða apud vẽ
neloch ambe ſignis radiantes quieſcunt.

¶ De ſctã Edburga virgine. Cap. lxix.



EDbur-
ga filia eduar
di regis ſenio
ris in anglia
claruit. Hec
ex vxore regis edelſpita pro
genita virgo ſanctiſſima fu-
it. Que adhuc trima ſic a pa
tre probatur. Poſuerat ille
in triclino diuerſa ornamenta mulierum na-
turaliter allectiua: ⁊ ſeorſum crucem ⁊ euan
gelium iuſſaq; vt qð vellet horum eligeret
toruo aſpectu ſecularia deſpiciens: manibus
iunctis crucem ⁊ euangelium adorauit: ipſa
q; poſtmodum in manibus ſumpſit ⁊ oſcula
ta eſt. Quod pater cõſiderans ⁊ virginis pu
ellule aſpicium notans: eam adhuc infantez
in monaſterio virginũ in vrbe vinconia de-
dicauit: vbi ipſa procedente etate laudabili-
ter vixit: ⁊ humilitatem nimiam in omnibꝰ
exhibuit. Nam ſaccos puellarum ſociarũ fur
tim nocte ſurripiens: ⁊ diligenter lauans le
ctis earum rurſus apponebat: in ipſoq; ceno
bio in pace dormiuit: ⁊ ſignis effulgens ibi-
dem corpore quieſcit.

¶ De ſancta Eggytha virgine. Cap. lxx.

EGgitha filia re
gis edgari anglorũ virgo ſan
cta in viltimẽſi cenobio iacet:
⁊ miracula oſtendit. Dũ ſan-
ctus dũſtanꝰ conſecraret eccle
ſiam dionyſij: quã edificauerat: rex vidit hãc
puellam pollice dextro frequenter ſignum
crucis fronti imprimere: ⁊ ait. Nunq̃ putre
ſcat ille digitus: ⁊ continuo flens floridã il-
lã roſam cito marcentẽ futurã predixit: atq;
q; deo dilectã euoluturã. Quod poſt modi-
cum contigit: puella de ſeculo iſto ſubtracta.
De qua ſanctus dunſtanus per viſionẽ vidit
ꝙ ſanctꝰ dionyſius illã per manũ tenebat: ⁊
dũſtanũ amonebat: vt ipſa virgo a famulis
xp̃i ſic honoraret in terris: ſicut a ſponſo ho
norabatur in celis. Hec in profeſſiõe ſanctimo
nialis aureis veſtibus vtebatur. Cuius corpꝰ
virgineũ i terra ſepultũ: dũ poſt aliquot mẽ
ſes altius leuaretur: totũ in cinerẽ ſolutũ in-
uentũ eſt: preter dextrũ pollicẽ: de quo dun-
ſtanus predixerat: ꝙ nunq̃ marceret: ⁊ aluũ
atq; aluo ſubiecta: que integra reperta ſunt
De quo dũ oẽs admirarentur: virgo ſancta
cuidam dormienti apparens dixit: non eẽ mi
randum: ſi venter ille non putruerat: quẽ vl-
la libido non tetigerat. Quieſcit in prefata
eccleſia ſancti dionyſij: vbi miraculis fulget.

¶ De ſctō Hildeberto epō. Cap. lxxi.



Hildebertus cenomañ. eps poſtea turonenſis archiepūs fuit. Hic berēgarij turonēſis diſcipulus verſificator ⁊ dictator egregius librū elegantē de contēptu huius vite partiꝫ metrice ptim pſaice dictatiꝫ cōpoſuit: qui etiā vt ipſe de ſe in quadā ſua epiſtola refert multas tribulationes ⁊ vincula p xpo perpeſſus eſt ab emulis: videlicet retrocli comitꝫ cenomanēſis: q̄ illū de comitatu eiecerat: ⁊ comitatū eius vſurpauerat. Qui ſanctus a predictis hoſtib⁹ detentus eſt iniuſte: eo q̄ comitē exiſtentē in carcere viſitaſſet: ⁊ teſtamētū ipſius ſua manu conſcriptū matri detuliſſet. In ipa ergo cuſtodia multas paſſus afflictiones: epl'as plures ſcripſit. Tandeꝫ eiect⁹ de carcere turoni archiepꝫ ordinatus: virtutib⁹ ⁊ ſctitate refulſit: ⁊ apud eādē ciuitatē i pace dormiuit: ibiqꝫ iacens in miraculis viuit.

¶ De ſancto Didacho epō. Cap. lxxij.



Didachus eps exomenſis magiſter fuit ſcti dñici ordinis predicatorū fundatoris: cuius ⁊ ille fuit canonicus regl'aris ⁊ exide ſuppor canonice ipſius. Hic cum. xij. abbatibus ordinis ciſtertienſis ⁊ cluniacenſis: ⁊ cū quodā apoſtolice ſedis legato ad terram albigenſeꝫ miſſus eſt ad p̄dicādū cōtra hereticos albigēſes: q̄ tale cōſiliū collegis in officio p̄buit: vt q xpꝫ pauperē ibāt predicare: eiuſdē ſe vite oſtenderēt operib⁹ cōformare: vt ex hoc aīas facilius lucrarent̄ ad xpm. Et ſic cōſilio didachi equitaturas ⁊ pōpoſaꝫ ſupellectilē dimittētes: in habitu humilitatis ⁊ geſtu paupertatis incedētes officium p̄dicationis pſecuti ſunt: in quo officio predictus pater cū ſancto dñico ei⁹ canonice ſuppriore ſibi aſſiſtēte laudabiliter ſe geſſit: ⁊ multos ad xpm ꝯuertit. Poſt bienniū aūt ad eccl'iā ſuā redire diſponēs: loco ſui beatū dñicū vicariū dereliquit. Dūqꝫ poſt multos labores exomā perueniſſet: pedes tranſiens per caſtellam: ad extremum vite ſue perductus eſt. Qui poſt obitū miraculis claruit.

¶ De ſancto Bene abbate. Cap. lxxiij.

Bene abbas fuit i deſerta thebaidis: de quo hieronymus dicit: q̄ nunq̄ viſus eſt iurare: neqꝫ mētiri: neqꝫ iraſci: neqꝫ ocioſum verbum pferre: ſed vita eius erat in ſummo ſilentio: mores tranquilli: vt p oīa quaſi angelici ordinis videretur. Humilitas quoqꝫ immenſa: p nihilo in omnibus ſemetipſum ducens. Hic dum beſtia quedam nomine hiperpotaurus regionem ſibi pximam vaſtaret: ⁊ rogatus ab agricolis venit ad locum ⁊ beſtie in nomine ieſu precepit: ne amplius terram illam vaſtaret. Beſtiaqꝫ ſtatim recedens nuſq̄ comparuit. Simili modo crocodilum ab eo alio tempore fugatum perhibebant. Hec in vitis patrum.

¶ De ſctō Pitrione abbate Cap. lxxiiij.



Pitriō abbas fuit in thebaide in mōte q̄dam p̄rupto fluuio immineñte: in quo erant per ipa precipitia ſpelunce difficiles acceſſu: in his monachorum plurimi commanebant: quorum pater erat pitrion. Hic diſcipulus ſancti antonij fuit: ⁊ poſt eius obitum cū amone habitauit: ⁊ poſt huius abſceſſum in predicto ſe mōte conſtituit. Qui gratia ſanitatum ⁊ fugandorum ſpirituum miro modo clarebat: ⁊ immundorꝫ demonū noticiam maximam habebat. Dicebat aūt neminem poſſe demones eijcere: niſi prius a ſeipſo vicia eieciſſet. Et quicunqꝫ ſuperaſſet vitia propria: poſſet de facili demones ſuperare. Hic ſecundo in ſeptimana reficiebatur pulmentula ex farre ſumens: nec aliaꝫ iam poterat eſcam recipere: neqꝫ etate: neqꝫ mãſuetudine permittente. Hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Heronio ſene. Cap. lxxv.

Heroni⁹ ſenex annorum. cx. diſcipulus fuit beati antonij. Qui in deſerto nitrie in heremo habitauit poſt mortē magiſtri ſūme humilitatis gratia refertus. Et in eadem ſolitudine plen⁹ ſanctitate quieuit. Hec in vitis patrum.

¶ De ſctō Diogene monacho. Cap. lxxvi.



Diogenes anachorita alius beati antonij diſcipul⁹ fuit. Hic erat vir ſumme prudētie in eodeꝫ nitrie deſerto degēs. Cuius ſermo ⁊ narratio oēs ad ſe venientes edificabat potiſſime cuꝫ de magr̄i ſui v̄tutib⁹ loquere tur. Et hic etiā in eadem heremo dormiuit in pace. hec vbi ſupra.

¶ De ſctō Julio aphricano. Cap. lxxvij.

IUlius aphrica
nus: inter hiſtoriographos
precipu⁹: vt ſcribit euſebius.
Alexādri et maximini ac gor
diani imperatorum fulſit tē=
poribus: q̄ ſanctitate et ſapiētia iſignis fuit
ſcripſit enim ad ariſtidez de euangeliorum:
que videtur diſſonantia: et de genealogiis q̄
a mattheo et luca diuerſe referunt cōpoſuit
librū. In quo ceterorū opiniones a veritate
diſcordes coarguit: et veriſſimā vtriuſqz coſo
nantiā eſſe demonſtrat. Chronicorū de tem=
poribus edidit libros: in quinqz voluminib⁹
diligenter admodū et ſtudioſe cōpoſitis. Ad
origenē ſcripſit epiſtola de eo quod in danie
le legitur de ſuſanna q̄ſi in hebreis nō hēa=
tur codicibus: ad quā origenes elegātiſſime
reſpondēs ait: nequaq̄ iudeorū adherēdum
fraudibus: ſed ſolū q̄ ſeptuaginta iterpretes
ſcribunt p̄ veritate tenēdū. Hic ſub antoni
no auguſto dormiuit in dn̄o. Hec hieronym⁹
de viris illuſtribus.

¶ De ſctō Archiloco epō. Cap. lxxviij.



ARchi=
locus ſiue ar
chelaus me=
ſopotāie epi
ſcopus tēpo
re probi ipe
ratoris floruit. Qui vita fu
it clarus ⁊ doctrina conſpi=
cuus. Librum eīn diſputato
rium aduerſus manicheū ſcripſit: in quo di=
ſputationē ad ſenſuz cuz quodaz ex hereſi il
la ſecū habita ſyro ſermone explicauit. Qui
in grecuz tranſlatus a multis habetur. Hic
quoqz in eccl'ia ſua conditus in pace requie=
ſcit. hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Agrippa cōfeſſore. Cap. lxxix.



AGrippa
cognomento ca=
ſtorius confeſſor
ſanctus floruit
alexandrie tempore adria=
ni imperatoris. Qui vir do
ctus et ſapiētia inſignis ad
uerſus. ccccxxiiij. baſilidis
heretici volumina q̄ in euan
gelijs confecerat ⁊ fidei no
ſtre veritati repugnabāt: fortiſſime ⁊ elegā=
ti ſermone diſſeruit grandi libro catholicam
credulitatem defendens. Hic apud alexan=
driaz non minoris vite ſanctitate q̄ doctrine
veritate radians diem clauſit extremuz tem
poribus adriani imperatoris. hec hierony=
mus libro de illuſtribus.

¶ De ſancto Attico epō. Cap. lxxx.

ATticus conſtan
tinopolitanus epſ tempore ar
chadij imperatoris apud ipam
vrbem regiam clarus verbis et
operibus fulſit. Qui ad eiuſdē
principis filias de fide et virginitate egre=
giū ſcripſit volumen. In quo neſtoriana dog
mata repugnauit. Et apud eandē ciuitatem
in chriſto quieſcit. hec gennadius.

¶ De ſancto Bacchilo epō. Cap. lxxxi.



BAcchil⁹
corinthiorū epſ
de quo euſebius
eccleſiaſtice hi=
ſtorie libro. v. cap. xxij. men
tionē facit apud ipſaz corin
thiorū ciuitatez claruit tem
pore ſeueri iperatoris. Qui
vir ſanctiſſim⁹ et ſapiētia p̄
fulgens inſigniter inter cetera doctrine ſue
opera: librorū elegantem de paſcha ex perſo
nis omniū epōrum: qui in achaia erant cōpo
ſuit et apud ipm̄ oppidū tumulatus in domi=
no quieuit. Hec hieronymus.

¶ De ſancto Pholcate epō. Cap. lxxxij.



PHol=
cas epiſcop⁹
et martyr apd̄
egyptum paſ=
ſus eſt ſub pſe
cutione mxiamiani iperato
ris. Fic egypti⁹ natione de
ciuitate tampnis: vir gene
re nobilis et opū non modi
carū: eiuſdem ciuitatis epā
tum hūiliter ſucceſſit. Qui ſapiētia illuſtris
volumen elegantiſſimū de martyrū laude cō
poſuit: de ſemetipſo in eorum nūero futuro
diuinitus vaticinās. Nam euz ebuliente ma=
ximiani perſecutione ab infidelibus tentus
idolis immolare renuiſſet: pro chriſti confeſ
ſione capite truncat⁹ et apud eandē vrbem a
chriſtianis conditus eſt.

¶ De ſaucto Fetitio
epō. Cap. lxxxiij.

FEtitius eduenſis
epiſcopus apd̄ ipſaz floruit ciuitatē
Hic vita puriſſima ⁊ doctrina ful=
gida fame in gallia celebris in canticis cāti=
corū cōmētarios edidit inſignes: aduerſus
quoqz nouatianū grande cōpilauit volumen:
cōſtantiniqz magni tēporibus in ipſa ciuita
te fatis terminum ponens tumulatus iacet.
Hec vbi ſupra.

P

¶ De ſancto Gennadio epõ. Cap̃. lxxxiiij.



GEnnadius epiſcopus apud coſtantinopolim floruit et ipi⁹ ciuitatis regie paſtor extitit. Qui vir ſanctitate cõſpicuus atq; ſapientia et doctrina venerabilis fuit. Acris enim erat ingenij et lingua diſertus. Hic danielem ꝓphetã ex integro ad verbũ expoſuit. Homelias etiam plurimas edidit: leonis iperatoris prioris tẽpore vite mortali cedẽs: eternam adeptus eſt: ⁊ corpore tumulat⁹ in ipſa vrbe q̇eſcit. Hec gẽnadi⁹ vbi ſup̃.

¶ De ſc͞to Sulphila epiſcopo. Cap̃. lxxxv.



SUlphilas natione gothus gothorũ primus epiſcop⁹ fuit. Qui tpe valentiniani primi ⁊ valẽtis auguſtorũ vite ſanctitate ⁊ ſapientia clarẽs: a papa damaſo ad ipſas gentes delegatus: maximã eorũ ptẽ conuertit ad chriſtũ: miraculorum quoq; gloria claruit. Nam ⁊ cecos plures illuminauit: ⁊ demones ab obſeſſis non nullis effugauit. Egros quoq; a diuerſis infirmitatib⁹ curauit. Hic ad gentis ſue inſtructionẽ gothicas litteras repperit. Cũ ante eum ruſtico more ſine litteris: que nouerant memorie cõmendabant. Deinde teſtamentũ vetus ac nouum in linguã trãſtulit propriã. Et ſenio longo confectus in pace q̇euit. Sepultus apud gentẽ ſuã vbi miraculis pollet.

¶ De ſancto Gemino epiſcopo. Cap̃. lxxxvi.



GEmin⁹ epiſcopus niſibenſis floruit tẽpore alexandri iperatoris. Hic primũ antiochene eccleſie preſbyter: mox nyſibene vrbis ſue pontifex effect⁹ vita ⁊ doctrina egregius: quia modico tẽpore in corpe virit: ideoq; pauca igenij ſui monimẽta dereliq̇t. Apõ nyſibenſe oppidũ iacẽs virtutib⁹ effulget. Eodẽ tẽpore heraclas huius in ſcholis conſoci⁹ alexandrine eccleſie ordinatus eſt pſul. Hec hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſancto heraclide cõfeſ. Cap̃. lxxxvij.



HEraclides confeſſor claruit in egypto tẽpore valentiniani auguſti: qui alexandria ortus dũ culturã heremi cõſideraret: iſidorũ abbatem apõ alexãdriã degentẽ petijt: eiq; optatũ ſuum expoſuit. Iſidorus vero illũ ad abbatẽ dorotheum in thebaidis deſerto habitantẽ: ⁊ cõtẽplationi vacantẽ adduxit. Sub cuius diſciplina ⁊ eruditione heraclides ãnos plures exegit. Die quadã miſſus ab abbate ad puteum: vt aqua cacubum ipleret: dũ ille aquã hauriret hauſit ſimul cũ aqua ſerpentẽ. Et expauens ad abbatẽ acceſſit: eiq; factũ narrauit. Qui eidem reſpondit: ꝙ ſi quãdocũq; diabolus ſerpentis formã ſibi dilectam aſſumẽs lympham intraret: monachi potũ recuſarent: forſitan vel nũꝙ aquã biberẽt: ſicq; ſiti perirẽt. Euadẽs ad cacubũ ſignũ crucis edidit: ⁊ cõtinuo colubrũ occidit: ipſeq; prior de hauſta aqua bibit: ⁊ deide diſcipulus ſecurus potauit. Et extũc heraclides: dũ ſerpentẽ videbat exẽplo magiſtri crucis ſignũ faciebat: et ſerpens protinus interibat. Verũ defuncto dorotheo abbate heraclides ſolus eius antrum hereditario iure poſſedit: ibiq; mlto tẽpore pſeuerauit. Hic cellas ⁊ tuguria monachorũ ⁊ anachoritarũ omniũ per oẽs regiões deſerti mlto tẽpore circuiẽs: videlicet deſertũ ſcythi: thebaidis: ⁊ nitrie iferioris ac ſuperioris. Vitas ⁊ geſta ſanctorũ patrũ ſingulorũ exq̇rens ⁊ mẽte recõdens. Librũ poſtmodũ de vita anachoritica cõpilauit: in quo q̇ viderat ⁊ audierat acta deſcripſit: quẽ et paradiſũ ititulauit. Et hic ſanctitate cõſumatus in thebaide in pace dormiuit.

¶ De ſancto Lucifero epiſcopo. Cap̃. lxxxviij.




LUcifer calaritanus epiſcop⁹ apõ eandẽ ciuitatem quẽ i inſula ſardinie ſita ẽ: claruit tẽpore cõſtantij imperatoris. Hic cũ ariana hereſis pullularet: ipſeq; a liberio papa heretico requiſitus: cum nollet niceni cõcilij damnare: fidem a cõſtantio pfato iperatore arriano apud paleſtinã in exiliũ dudũ act⁹ eſt. Ubi cõtra fidẽ eiuſdẽ iperatoris librũ elegãtẽ ↄpilauit: quẽ ad eundẽ miſit. Unde et cõſtãti⁹ idignat⁹ acris eidẽ

moꝛtem comminatus eſt. Sed paulopoſt cō-
ſtātio defuncto vir ſanctus ſub iuliano reuer
ſus calaris reliquum vite cū pace tranſegit.
Et ſub valentiniano imperatoꝛe fati munus
impleuit. Hec hieronymus libro de viris il-
luſtribus.

¶ De ſancto Patrociniano martyꝛe. Cap. lxxxix.



Patroci-
nianus martyꝛ
apd̄ galliā paſ
ſus eſt. Hic na
tione hiſpanꝰ:
vir ꝑ oīa eruditus: ⁊ in metri
cis vt fertꝛ verſibus cōparan
dus opuſcula diuerſis metris
edita fidē noſtrā redolentia
ſcripſiſſe traditꝛ: que vſqȝ ad
hieronymi tp̄a extare adhuc dicebantꝛ. Deni
qȝ ſub quodā maximiano tyꝛāno: qui imperā
te ꝑmo theodoſio gallias occupauerat: factio
ne quoꝛundā ꝓ veritate ⁊ defenſione catholi
ce fidei apud treuerim ceſus eſt cū priſcilia-
nebapille epiſcopo: ⁊ amboꝝ̄ coꝛpoꝛa apud
eccleſiam treuerenſis ciuitatis condita ſunt.
Hec hieronymus vbi ſupꝛa.

¶ De ſctō Malchione preſbytero. Cap. xc.



Malchion
antiochene ec-
cleſie p̄ſbyter di
ſertiſſimus flo-
ruit apud ipſaȝ ciuitateȝ tē-
poꝛibꝰ claudij ⁊ aureliani im
peratoꝝ̄. Hic vita ſanctus ⁊
ſermone luculentꝰ in eadē vꝛ
be rhetoꝛicā floꝛētiſſime do-
cuit. Qui aduerſus paulū ſamoſatenū p̄fate
ciuitatis ep̄m prauum ebionij dogma reſtau-
rantē foꝛtiſſime diſputauit. Cuiꝰ diſputatio
nis ſcribis excipiētibꝰ dialogus extat. Sed
⁊ alia opuſcula ex perſona ſynodi ab eo ſunt
edita ad dionyſiū ⁊ maximū romane ⁊ alexā
drine vꝛbis ep̄os directa. Hic apud eandē an
tiochiaȝ ſctitate ⁊ doctrina p̄clarus btō fine
quieuit: ibidē tumulatꝰ. Hec vbi ſupꝛa.

¶ De ſctō Sophꝛonio cōfeſſoꝛe. Cap. xci.



Sophꝛo-
niꝰ ꝯfeſſoꝛ natio-
ne grecus claruit
tp̄e leonis ſcd̄i imperatoꝛis.
hic vir ꝑ oīa eruditiſſimꝰ gre
ce ⁊ latine lingue peritꝰ ad-
huc puer bethleemitice ciui-
tatꝭ laudes deſcripſit: et poſt
ea de eiꝰ ſubuerſione librū cō
poſuit. Ipſe librū de v̄ginitate ad euſtochiuȝ
⁊ hilarionis monachi vitā q̄ btūs hieronymꝰ
romana ligua ꝯpilauerat: opuſcula: ex latino
v̄tit in grecū. Pſalteriū qȝ ⁊ ꝓphetas q̄ hie
ronymus ex hebꝛeo ī latinū tranſtulerat: hic
idē cōuertit in grecū. Et poſtmodū ad here-
mū trāſiēs ⁊ vitā anachoꝛiticā ducēs cōtēpla
tioni iugiter vacās quieuit in dn̄o.

¶ De ſanctis Philippo ⁊ Philippo impatoꝛibus martyꝛibus. Cap. xcij.

Philippus impe
ratoꝛ ⁊ philippus ceſar eius fi
lius ambo martyꝛes anno do-
mini. ccxxix. ab vꝛbe v̄o cōdi
ta anno. ccccccccc.xcvij. Goꝛdi-
ano auguſto in imperium ſucceſſerunt. Cum
enim goꝛdianus imperatoꝛ obtenta victoꝛia
in bello parthico: rediens circa fluuium eu-
phꝛatem fraude ſuoꝝ̄ fuiſſe interfectus phi
lippus ibidem imperatoꝛ a romana militia
creatus. Philippum filium ſuum conſoꝛtem
regni fecit: exercitumqȝ ex ſyꝛia incolumen
ad italiam reduxit. Imperauitqȝ annos. vij.
Hic pꝛimus imperatoꝛ omnium chꝛiſtianus
fuit: quem beatus pontius ep̄s ⁊ martyꝛ: vna
cum filio ad fidem chꝛiſti conuertit ⁊ in ni-
cea ciuitate prouincie baptizauit: vt dictum
eſt ſupꝛa in paſſione pontij ep̄i ⁊ martyꝛis pꝛi
die idus maij. Poſt tertium v̄o eius imperij
annum milleſimus a conditione rome annus
expletus eſt: vt auguſtiſſimꝰ oīm pꝛeteritoꝝ.
Hic natalis annꝰ xp̄s potiuſq̄ idolis dedica-
retꝛ. Quiquidē annus fuit a romanis cū ingē
ti ludoꝛum ⁊ ſpectaculoꝛum apparatu celebꝛa
tus. Nec dubiū eſt quin philippus imperatoꝛ
xp̄ianus huius tante deuotionis gloꝛiā ⁊ ho-
noꝛem ad chꝛiſtū ⁊ eccleſiam repoꝛtaret: quā
do ipſum vel aſcenſum in capitolium immo-
lataſqȝ ex moꝛe hoſtias nullus auctoꝛ oſten-
dit. Eodem autem tempoꝛe philippus impe-
ratoꝛ decium militarē virum ⁊ in rebus belli
cis ſtrenuum ceſarem fecit. Cuius pꝛecepto
dum coꝛpoꝛa apl̄oꝝ petri ⁊ pauli de catacum
bis a coꝛnelio papa trāſferri deberent: totius
ſenatꝰ ſcō ſultu: cōceſſum eſt romano pōtifici
ceteriſqȝ xp̄ianis libere ad ſepulturas apl̄oꝝ
fiēdas īſudare: ⁊ ad id faciēdū data ſunt eis
de fiſco reipublice adiutoꝛia. Hoc aūt deciꝰ
cuȝ eſſet paganiſſimꝰ ſimulate fecit: vt dn̄is
ſuis xp̄ianis ꝯplaceret: ⁊ ſic ab eis magꝭ ho-
noꝛatꝰ occaſionē moꝛtꝭ illoꝝ ꝯfidētius ꝓtra-
ctaret. ¶ Cū aūt impatoꝛes deciū ad gallias
ſubiugādas q̄ nuꝑ rebellauerāt miſiſſent. Iſ-
qȝ ꝓſpe cūcta geſſiſſet: ⁊ ad libitū potiꝰ victo
ria romā rediret. Impatoꝛ philippꝰ eū hono
rare cupiēs eidē a roma vſqȝ veronā obuius
iuit. Decius aūt iam cū quibuſdā ex pꝛincipa
loꝛibꝰ militie ſue de moꝛte iperatoꝝ cōſpira-
uerat: ⁊ ne ꝓditoꝛ dn̄oꝛum ſuoꝝ̄ notaretꝛ: oc

caſionẽ xp̃ianitatis aſſũpſerat: ſuadẽs ꝙ non eſſet decẽs ſup romanã militiã imperare: homines qui deoꝝ cultũ deſeruiſſent: ⁊ a romanis antiq̃s legibꝰ diſcedẽtes: noue ignoti ⁊ reprobati dei culture adheſiſſent. Sicqꝫ de cõſenſu illoꝝ impatorẽ in ſtratu ſuo quieſcẽtẽ ⁊ xp̃m confitentẽ latẽter occidit ⁊ cũ exercitu muneribus ⁊ ꝓcibus ſubducto romã venit: ac ſenatui cur dñm ſuũ occidiſſet expoſuit. Sed dum necẽ philippi maioris ſenatus ratã habuiſſet: philippus iunioꝛ rome degẽs: hoc audiens timuit: theſauroſqꝫ paternos ac ſuos: btõ ſixto ſcõo tũc rome põtifici: eccl'ie ⁊ pauperibus diſpẽſandũ tribuit: ⁊ ſe a facie Decijſ occultauit. Decius aũt ad ꝑditionẽ ſuã palliendã xp̃ianos cepit crudeliſſime pſequi: mãdans illos ſine vlla miſericoꝛdia trucidari: in qua pſecutione multa milia martyrum paſſi ſunt. Inter quos ⁊ philippus iperatoꝛ iunioꝛ ab eo tẽtus ⁊ in xp̃i cõfeſſione iugulatꝰ eſt. Sicqꝫ ambo ipſi pr̃. ſ. ⁊ filius martyres xp̃o cõſecrati ſunt. ❡ Iſte philippus ſenioꝛ adeo in fide xp̃i ꝓfecerat: vt ꝓpte peccata ſua cõfitens: in feſto paſche a btõ ſixto papa coꝛam omi mlt'itudine cõiuẽ euchariſtie ſumeret. Philippus võ iunioꝛ in tãtũ ſeueri animi fuit: vt nullius cuiuſq̃ cõmẽto ad riſuꝫ ſolui potuerit: patrẽqꝫ ludis ſecularibus aliq̃n concinantẽ: vultu annotauerit auerſato.

❡ De ſancto Theodoſio magno imperatore. Cap. xciij.



MUſa virgo apud vꝛbem romā claruit. De q̄ idem qui ſupra libro. iiij. capitulo. xviij. ſcribit: ꝙ quadam nocte ei per viſionē ſcā dei genitrix apparuit: ⁊ cū eſſet puella parua: coeuas ei in albis veſtibꝰ puellas oſtendit. Quibus cū illa admiſceri appeteret: ſed ſe eis iungere non auderet: beate virginis eſt voce requiſita: an vellet cū eis eſſe: atqꝫ in eius obſequio viuere. Et cū puella reſpondiſſet ꝙ ſic: mandatum protinus accepit: vt nil vltra leue ⁊ puellare ageret: a riſu ⁊ iocis abſtineret: ⁊ ꝙ inter eas: quas viderat die. xxx. veniret. Quibus viſis in cūctis ſuis moꝛibus puella immutata eſt: omnēqꝫ a ſe leuitatem puellaris vite deterſit. Et dum parentes eam immutatam mirarentur: requiſita oīa viſa narrauit. Sed poſt xv. diem febꝛe coꝛripitur: die vo. xxx. ad exitum eidem appꝛopinquanti: eadem dei genitrix cum puellis: quas viderat: denuo reuelatur. Cui etiā eam vocanti: aperta voce ſe venire reſpondit: atqꝫ in ipſa locutione ſpiritū reddidit: ⁊ ex virgineo coꝛpoꝛe cum ſanctis habitatura virginibus exiuit.

**De ſanctis duobus monachis martyribus. Cap. cxij.**

DUo monachi martyres: quoꝛum noīa nō habentur expꝛeſſa: in pꝛouincia valerie paſſi ſunt. De quibus narrat gregoꝛius. iiij. dia. cap. xxij. ꝙ dum eſſent monachi in quodā monaſterio: quod per abbatē valētionē regebatur ⁊ in ipſo cenobio longobardi ſeuiētes veniſſent: duos p̄fatos monachos in ramis vnius arboꝛis ſuſpenderunt. Factoqꝫ veſpere: vtroꝛūqꝫ ſpiritus claris illic apertiſqꝫ vocibus pſallere ceperunt: ita vt ipſi quoqꝫ q̄ eos occiderant: cum voces pſallentium audirēt: nimium mirati terrerentur. Quas etiam voces captiui omnes: qui illic aderant: audierunt: ⁊ eoꝛum pſalmodie poſtmodum teſtes extiterunt.

**De ſancto ſurano martyre. Cap. cxiij.**

SUranus abbas ⁊ martyr in pꝛouincia ſurana paſſus eſt. De quo eodē lib. ca. xxiij. habetur: ꝙ dum eſſet pater cuiuſdā monaſterij in eadē pꝛouincia ſiti; captiuis aduenietibus atqꝫ a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

longobardorū depredatione fugientibus: cū
cta que habebat largitus eſt. Cūqȝ veſtimē
ta ſua ⁊ fratrū ⁊ cellariū: ⁊ quicquid in hor
to haberi potuit in elemoſynis cōſumpſiſſet:
lōgobardi ſubito aduenerunt: ⁊ eum tenue
runt: ac aurū petere ceperunt. Quibus cū
nil oino ſe habere diceret: in mōte vicino ab
eis ductus eſt: in quo ſilua imēſe magnitudi
nis erat. Ibiqȝ captiuus quidā fugiens in ca
ua arbore latitabat: vbi vnus ex illis educto
gladio ſuranum occidit. Cuius corpus dū in
terrā caderet: mons: oīs protinus ⁊ ſilua con
cuſſa ē: ac ſi ferre nō poſſe pondus ſanctita
tis eius diceret terra que tremuiſſet.

De ſctō Juſto diacono ⁊ mar. Cap. cxiiij.



IUſtus diaconus et martyr ī marſorum prouincia paſſus eſt. De quo predicto li. ca. xxiiij. ſcribitur: ꝙ vir venerabilis ⁊ vite ſanctiſſime fuit. Quē
inuentū lōgobardi tenuerūt: quorū vnus gla
dio caput eius amputauit. Sed dum corpus
eius in terrā caderet: ipſe qui hūc occiderat
immūdo ſpiritu arreptus: ad pedes marty
ris corruit: ⁊ ꝙ amicū dei interfecerit inimi
co dei traditus oſtendit.

De ſancto theophanio ꝯfeſſore. Cap. cxv.



THeophanius confeſſor. Quē beatus gregori⁹ de nimia ſanctitate comendat centūcellenſis, vr
bis comes fuit: miſericordie actibus deditus: bonis operibus intentus: hoſpitalitati ꝑcipue ſtudens. Exercendi au
tem comitatus curis occupatus agebat terre
na ⁊ tpalia: ſȝ vt in fine claruit: magis ex de
bito ꝙ̄ ex intentione. Nam cum appropinquā
te mortis eius tempore grauiſſima aeris tē
peſtas obſiſteret: ne ad ſepeliendum duci po
tuiſſet: eumqȝ vxor ſua ex hoc grauiter defle
ret: hortatus eſt illā ne ploraret: quia mox vt
defunctus eſſet: ſerenitas rediret. Cuius ꝓ
tinus vocem mors: ⁊ mortem ſerenitas eſt
ſecuta. Quod ſignum alia etiam ſunt ſigna
comitata. Nam manus eius ⁊ pedes qui po
dagre humore, tumentes verſi in vulneri
bus fuerant: ⁊ profluente ſanie patebant: dū
corpus eius lauari debuiſſet ſani inuenti ſūt:
ac ſi nunꝙ̄ vulneris aliqͥd habuiſſent. Sȝ dū
die quarto poſt eius ſepulturaȝ: iubente vxo
re marmor eidem ſuppoſitū mutare vellent:
tanta ex corpore eius fragrantia emanauit;
ac ſi ex putreſcente carne pro vermibus aro
mata ferbuiſſent. Hec gregorius. iiij. dialo
go. cap. xxviij.

De ſctō Antonio monacho. Cap. cxvi.



ANtonius monachus claruit rome ī monaſterio beati gregorii pape. De quo idē doctor ī libro quo ſupra capitulo. xlix. dicit: ꝙ dum eēt vita ſanctiſſim⁹ quotidianis lachrymis ad gaudia patrie celeſtis anhelabat. Cumqȝ ſtudioſiſſime ⁊ cum
magno feruore ſacra eloquia meditaref: nō
in eis verba ſcientie: ſed fletū cōpunctionis
inquirebat. Huic per nocturnam viſionez di
ctum eſt. Paratus eſto: ⁊ quia dominus iuſ
ſit migra. Cum autem ille non haberet ſum
ptus ad migrandum diceret. Reſponſum ꝓ
tinus audiuit: dicēs. Si de peccatis tuis agi
tur: dimiſſa ſunt. Quod dū ſemel audiſſet ⁊
magno adhuc metu trepidaret: nocte quoqȝ
alia in eiſdem verbis eſt admonitus. Et poſt
dies quinqȝ febre correptus fratribus cun
ctis flentibus ⁊ orātib⁹ q̇euit in pace. Ad cu
ius ſepulchrū miracula plurima oſtēſa ſunt.

De ſancto Merolo monacho. Cap. cxvij.

MErolus monachus eiuſdem cenobij fuit: ⁊ eodez tempore claruit de quo vbi ſupra gregorius ſcribit: ꝙ dum eſſet vehementer lachry
mis ⁊ elemoſynis intētus: pſalmodia ex ore
ſuo pene nullo tempore ceſſare conſueuerat.
Huic nocturna viſione apparuit: quia ex al
bis floribus corona de celo in caput illius de
ſcendebat. Qui moleſtia mox corporis occu
patus: cum magna animi ſecuritate ⁊ hilari
tate ſpiritum emiſit. Ad cuius ſepulchrum
dum poſt annos. xiiij. petrus quidam abbas
ſibi ſepulturam facere vellet: tanta de ſepul
chro meroli fragrātia ſuauitatis emanauit:
ac ſic illic florum omnium fuiſſent odoramē
ta cōgregata. Ex qua re manifeſte patuit: ꝙ̄
verum fuerit: quod per nocturnam viſionem
vidit. Hec gregorius vbi ſupra.

De ſancto Aimone cantuarieñ. Cap. cxviij.

AImō cāturieñ. archidiaconus fuit. Qui vite abſtinentia ⁊ doctrine ſapiētia plurimū claruit. Hic ſermones elegātes de xpi natiuitate: ⁊ de pluribus ſctōꝝ feſtiuitatib⁹ edi

dit. Summam copioſam de vitijs ⁊ virtutibus ſcripſit: ⁊ alia plurima vtilia opuſcula cōpilauit. De hoc legit' ꝙ dū nocte quadā legeret: ⁊ vigilaret ad ſtudiū in craſtinū de incarnatione dñica diſputaturus: apparuit ei diabolus. Et cū leuaret manū dexterā: vt ſe ſignaret: tenuit eā diabolus. Et cū vellet ſe ſignare ſiniſtra: tenuit eā ſimiliter. Et cū diceret: ego ſigno me in corde in noīe patris ⁊ filij: ⁊ ſpūſſancti: diabolus dimiſit eū. Et cū quereret ad qđ venerat: reſpōdit diabolus: ꝙ ad impediēdū eū: ne haberet quid elegāter diceret: de eo qđ maxime timebat: ꝙ totā virtutē ⁊ potētiā demonū attriuerat: ⁊ ꝯfuderat: ſcilicet, incarnatio dei: per ea que deus geſſit in carne. hic poſt laudabilia v̄tutū inſignia quieuit in pace. Et ſepultus cāturie miraculis copioſus ⁊ clarus effulget.

¶ De ſancto petro tarantaſienſi epō. Cap. cxix.

PEtrus tarātaſienſis archiepſ apud eandem vrbem claruit circa annū dñi M. cxl. tempore eugenij pape tertij. Qui ſanctitate vite conſpicuus: multis ⁊ mirabilib' ſignis radiauit. ¶ Cuius virtutum fama dum ad ciuitatem lanſemiam perueniſſet. Tres viri ibidem in carcere clauſi, ante oſtium carceris cuſtodibus ludentibus: cum ipſius nomen inuocaſſent: ſanctus vir continuo longe poſitus affuit: ⁊ illos ſolutos eduxit: ac vt ſe ſequerentur admonuit. Qui ab eis ſolis viſus: nullis alijs apparuit. Et cum nulla alia eſſet opportunitas diuertendi: ſequentes illum deſuper tabulas ſuper quibus cuſtodes ludebant: inter illos medios pertranſibant. Sicqꝫ ab ipſis inuiſi cuſtodibus receſſerūt. Nec autē ab eis epiſcopus diſparuit: donec ad locum illos ſecurū perduxit: qui iuxta votuꝫ emiſſum non prius cibum guſtauerunt: donec ad ſui preſentiam liberatoris accederēt. ¶ Hic ex deuotione ab henrico rege anglorum accerſitus: in via miraculū nouum oſtendit. Erat enim filia cuiuſdam petri de fraxineto: que nequitia inuide ſocrus a malefica faſcinata languorem deſperatum incurrerat: ita vt nec viri preſentiā ſuſtinere poſſet. Hec a patre vt ſathanas ſathanam eijceret: altari malefice tradita fuerat liberanda. Que ſuis quibuſdam premiſſis preſtigijs: morſuras duas in brachio ei fixit. Ad illo extunc languore primo' conualuit: ſed alium grauiorem incurrit. Nā ex illo die ex morſura ſupiori cum nimio puelle cruciatu: ſicut ipſa teſtabat̄: ex corde acus prodeuntes viſibiliter exibant. Pluresqꝫ q̄ triginta acus per tempoꝝ interualla inde ſunt egreſſe. hec a patre beato viro exhibita: ⁊ ab eodē in ipſa morſura contacta egreſſis inde pluribus acubus ipſo preſente: extunc ab eadem fuit paſſione liberata. Sed recedente ſancto epiſcopo ex morſura inferiori: vtpote quā ſanctus minime contigerat: ceperūt ſimili modo ſudes q̄ſi quercine prodire: ita ꝙ per diuerſos dies q̄ſi xvi. exiuerunt. Sed beatus petrus in ſuo regreſſu puellam omnibus peccatis ſuis plene confeſſam ⁊ cōmunicatam eadē morſura inferiori tetigit: eāqꝫ oīno ſanatam dimiſit. Qui poſtq̄ ecclesie ſue doctrina ⁊ exemplis īſigniter prefuit: in pace quieuit. Ibideqꝫ ſepult' in miraculis ſtupendis viuit. hec frater vincentius in ſpeculo.

¶ De ſancto Rhectitio epō. Cap. cxx.



RHectitius eduorū. i. auguſtudimēſis epiſcopus tēpore cōſtātini imperatoris celeberrime fame habitus eſt. Hic ſermonibus clarus ⁊ vita laudabilis opuſcula quedā fidei ptilia digeſſit. Nam in gallia legūt' eius cōmētarij in cāticis canticoꝝ. Extat ⁊ aliud grande eius volumen aduerſus nouatianū. Et hic in pace quieſcens auguſtuduni tumulat' dormit. hec hieronymus de viris illuſtrib' libro.

¶ De ſancto iuuenco preſbytero. Cap. cxxi.



IUuencus preſbyter apđ hiſpaniā claruit. hic ſanctus pollens operibus q̄tuor euāgelia exametris verſibus pene ad verbum transferens quattuor libros compoſuit. Et nōnulla codeꝫ metro ad ſacramentorum ordinem pertinentia perfecit. Floruit autem ſub conſtantino imperatore. Et apud hiſpanias confeſſoris nomine celebris habetur. hec vbi ſupra.

¶ De ſancto Apollinare epō. Cap. cxxij.



APollinaris laodicienſis ſyrie epiſcopus patre pſbo progenitus: grāmaticis in adoleſcentia operaꝫ dedit: ⁊ poſtea ſacris ſcripturis inſudans: innumera quaſi ſcribens volumia ſāctitate nō īſim': vt doctrine ipi' vita diſcors nō fuerit: ſub theodoſio īperatore dieꝫ obijt.

Ertāt eius aduerſus porphyrium.xxx.libri: qui inter cetera operum eius vel maxime ꝓbantur apud laodiciam corpore quieſcit. Hec vbi ſupra.

De ſancto Patiano epō. Cap.cxxiij.

Patian⁹ pyrenei iugis barcinone eps caſtitate eloquētia ⁊ tam vita ꝙ ſermone clarus ſcripſit varia opuſcula. De quib⁹ eſt certus liber cōtra nouatianos. Hic ſub theodoſio ſeniore pn̄cipe iam vltima ſenectute in chriſto quieuit. Hec hieronymus vbi ſupra.

De ſctō Theodoro epō. Cap.cxxiiij.



Theodor⁹ tarcēſis eps apud eandē ſcitate ⁊ doctrina claruit ciuitatē. Qui duz antiochie eſſet preſbyter magis florere cepit. Scripſit em̄ plura ad fideliū vtilitatē. Extāt eius in apl'm commentarij: ⁊ multa alia ad euſebiū ceſarienſem: cui contēporaneus extitit: eiuſqz cuz ſenſum ſecutus ſit: eloquētiā imitari nō potuit ꝑpter ignorantiā ſeculariū lrarum. hec vbi ſupra.

De ſcō priſciliano epō ⁊ mar. Cap.cxxv.

Priſcilianus babpille eps ⁊ martyr multa eccleſie dei ꝑutilia degeſſit opuſcula. Hic ſub quodā maximiano tyrāno qui tpe theodoſij primi gallias occupauit: cū latrociniano quodā de q̄ ſupra actū eſt ꝓ fidei defenſione ad mortem q̄ſi ceſus vna cū eodē latrociniano apō treuerim deſcit hec hieronym⁹ de viris illuſtrib⁹.

De ſctō Gelaſio epiſcopo. Cap.cxxvi.



Gelaſi⁹ ceſaree paleſtine epōs eugēio in dicti potificatus ſede ſucceſſit. Qui vita et doctrina virtutum ſignis admodū eluxit. Et nonnulla diuina volumina compilauit. Qui etiā in chriſto quieſcens apud ipſam ciuitatem in corpore dormit. Hec vbi ſupra.

De ſancto Theotimo epō. Cap.cxxvij.

Theotimus cyrenoruz epiſcopus inſignis ſanctitatis ⁊ ſapientie gloria refulſit. Qui cū plura opera laudabilia edidiſſet. Inter cetera in morem dialogoruz ⁊ veteris eloquentie breues commaticoſqz tractatus conſcripſit. Et hic humanitatis debitum ſoluens apud eandem vrbem in xp̄o quieſcit. Hec vbi ſupra hieronymus.

De ſancto Amphilaco epō. Cap.cxxviij.



Amphilacus iconij epiſcop⁹ claruit i ipſa ciuitate tempore theodoſij ſenioꝝ. Qui vir moribus ⁊ ſanctitate redimitus doctrina quoqz non infimus. Inter alia ad beatū hieronymum ſcripſit librum de ſpirituſancto ꝙ ſit deus: ⁊ ꝙ ſit omnipotens ⁊ adorandus. Et aliā fidē noſtram fragrantia opuſcula perutilia digeſſit. Et apud eandem ciuitatem in pace humanitatis debitum ſoluit. Hec vbi ſupra.

De ſctō luciano preſbytero. Cap.cxxix.



Lucianus preſbyter vir ſanctiſſimus ⁊ deuotus apud hieroſolymam claruit tēpore honorij imperatoris. Hic dū vite abſtinentia ⁊ pudicitie ſanctimōia laudabilis apud deū polleret: ⁊ h. ie3 tante gratie meritū obtinuit: vt eidez dn̄s corpora ſanctorum ſtephani ꝓthomartyris nicodemi gamalielis ⁊ abibon reuelaret. Et per hui⁹ relationē eadem glorioſa cadauera inuenta eſſent: vt dictum eſt ſupra in inuētione dictorū ſanctorū.iij.non̄.auguſti. Hic aūt beatus vir eandem reuelationē ⁊ eius hyſtoriam ad oīm eccleſiaꝝ perſonas: greco ſermone deſcripſit. Quam adiutus preſbyter homo hiſpan⁹ poſtmodum in latinū conuertit. Poſt dictoꝝ aūt ſanctoꝝ corpora inuentionez prefatus venerandus preſbyter ſanctitate conſpicuus: virtutūqz operibus multipliciter pollēs i pace quieuit. Et apud baſilicā baptiſterij i qua miniſter fuerat ſepult⁹ iacet ſigniſqz coruſcat.

## De ſanctis pluribus quorū ſola nomina et dies feſtiui inueniuntur. Cap. cxxx.



PLures ſancti vltra ſuprapoſitos exiſtunt: de quorum vita vel geſtis nihil penitus potui inuenire: niſi eorū ſolūmodo nomina ⁊ dies feſtiuitatum: et nihil vltra: niſi de paucis: de quibus etiam loca in quibus paſſi ſunt vel ſine martyrio deceſſerūt: cōſcripta repperi: ex martyrologio videlicet hieronymi vſuardi vel adonis. Et idcirco: vt nihil eorum que de ſanctis inuenire potui omittatur in fine preſenti operis. Hoc vnico capitulo ea que de nominibus ⁊ diebus feſtis dictorum ſanctorum: in predicto libello conſcripta ſunt recolligere curaui. Reſeruata tamen tam mihi ꝙ poſteris poteſtatem eorū geſta ⁊ paſſiones ſcribēdi diſtinctius: ſi ea quandoqꝫ in futurum reperire contingat. Ad litteram tamen premiſſa vt inueni ſubijciam. Et ſic operi huic quantum ad preſens finem faciam.

1 Juſtina virgo ⁊ martyr paſſa eſt pridie kalendas decembris.
2 Nicetius epiſcopus et confeſſor in ciuitate treueris quieuit in chriſto nonas decembris.
3 Julius ⁊ potamia martyres eodem die in ciuitate togara paſſi ſunt
4 Petrus: ſucceſſus: baſſinus; porphirius ⁊ vrbanus martyres in aphrica paſſi ſunt quinto idus decembris.
5 Eutychis confeſſor: cuius geſta habentur vt dicit ado. Cuius feſtum in hiſpanijs agitur. iij. idus decembris.
6 Hermogenes: donatus: ⁊ alij vigintiduo martyres paſſi ſunt pridie idus decembris.
7 Valericus abbas eodem die in pago viniacenci quieuit.
8 Aubertus cameracenſis epiſcopus: qui in domino quieuit idibus decembris.
9 Druſus: zozimus: ⁊ theodorus: in antiochia paſſi ſunt decimonono kalendas ianuarij.
10 Maximinus confeſſor; quieuit in chriſto in territorio aurelianenſi decimoctauo kalendas ianuarij.
11 Valerinus: naualis: ⁊ agricola martyres rauēne paſſi ſunt. xvij. kalendas ianuarij.
12 Moyſes martyr in aphrica paſſus eſt. xv. kalendas ianuarij.
13 Gratianus epiſcopus ⁊ confeſſor eodem die turoni dormiuit.
14 Darius martyr in ciuitate nicea paſſus eſt. xiiij. kalen. ianuarij.

Q





15 Gregorius epiſcopus antiſiodori eodē die
quieuit.
16 Julius martyr in ciuitate thracia geldúba
paſſus eſt.xiiij.kalen.ianuarij.
17 Liberatus confeſſor: ⁊ gregorius eps eo-
dem die in amphitrea claruerunt.
18 Zepherinus eps eodem die rome in chriſto
quieuit.
19 Johannes ⁊ feſtus martyres in tuſcia paſſi
ſunt.xij.kalen.ianuarij.
20 Demetrius:honoratus: ⁊ florus martyres
in ciuitate oſtia paſſi ſunt.xi.kal'.ianua.
21 Lucianus confeſſor in ciuitate tripoli quie
uit.ix.kalen.ianuarij.
22 Eutychius pſbyter et domitianus diaconꝰ
apud ancyrā galatie paſſi ſunt.v.kl'.ian̄.
23 Ebrulphus cōfeſſor in pago oxymenſi quie
uit.iiij.kalē.dicti menſis ianuarij.
24 Hermes exorciſta rethiarie vrbi claruit pri-
die kalen.ianuarij.
25 Eugēdus abbas cuius vita:vt dicit ado vir
tutibus ⁊ miraculis plena refulſit:in ter
ritorio lugdunēſi claruit.kalen.ianua.
26 Iſidorus eps apud antiochiā in xp̄o quie-
uit.iiij.non̄.ianuarij.
27 Hermes:aggeus: ⁊ caius martyres in ciui
tate bononia paſſi ſunt pridie no.ianua.
28 Felix ⁊ ianuariꝰ in ciuitatte heraclea paſſi
ſunt.vij.idus ianuarij.
29 Eugenianus martyr paſſus eſt.v.idus ia-
nuarij in auguſtuduni ciuitate.
30 Timotheus confeſſor eodem die in grecia
claruit.
31 Uitalis eps:reuocatus ⁊ fortunatus diaco-
nus apō ſmyrnam.v.iō.ianua.paſſi ſunt.
32 Petrus:ſeuerinꝰ: ⁊ leōtius martyres:quo-
rū:vt ait ado:geſta habent apud alexan-
driā paſſi ſunt.iij.idus ianuarij.
33 Longiſius cōfeſſor:cuius feſtum agitur idi
bus ianuarij.
34 Euphraſius eps ⁊ clerus diaconꝰ.xix.kl'.
februarij paſſi ſunt.
35 Fuſcus cōfeſſor in monaſterio patrona cla
ruit.xvij.kalen.februarij.
36 Priſcilla ſancta eodē die rome quieuit.
37 Ildolfonſus eps apud toletū vita ⁊ doctri
na clariſſimus in dn̄o quieuit.x.kl'.feb.
38 Marius abbas monaſterij beluacen̄.cuius
vitā virtutibus plenā:vt ait ado:vir illu
ſtris ac patricius dinamius ſcribit:cuiꝰ
feſtum agitur.vi.kalen.februarij.
39 Adiutꝰ mar.eodē die in aphrica paſſus eſt.
40 Johānes preſbyter in monaſterio remenſi
quieuit in xp̄o.v.kalē februarij.
41 Ualerius eps ⁊ beati petri apl'i diſcipulus
iiij.kalen.feb.treueri dormiuit in dn̄o.
42 Flauianus martyr paſſus eſt.iij.kalē.feb.
43 Aldegundis virgo eodem die in malbedio
monaſterio quieuit in pace.
44 Saturninus:thyrſus: ⁊ victor mar.alexan
drie paſſi ſunt pridie kalē.februarij.
45 Policarpus ⁊ ſeuerianus epi: quorū feſtū
colitur kalendis februarij.
46 Fortunatus:felicianꝰ pſbyteri: firmus et
candidus mar.rome paſſi.iiij.non̄.febr.
47 Floſculus eps eodē die aurelianí quieuit.
48 Tigris ⁊ remedius epi apud oppidum va-
pingū paſſi ſunt.iij.non̄.februarij.
49 Lupicinus eps:felix ⁊ celerinus eodē die
lugduni paſſi ſunt.
50 Aduentinus eps in ciuitate trechas pridie
non̄.februarij dormiuit.
51 Antolianus martyr auernis paſſus eſt octa
uo idus februarij.
52 Saturninus:theophilus: ⁊ reuocata mar-
tyres eodem paſſi ſunt die.
53 Dionyſius:emilianus: ⁊ ſebaſtianus marty
res apud armeniam minorem paſſi ſunt
ſexto idus februarij.
54 Salomon martyr eodem die in ciuitate cor
duba paſſus eſt.
55 Paulus epiſcopus: lucas et cyriacus mar-
tyres ip̄o die rome paſſi ſunt.
56 Amon ⁊ alexander martyres adud cyprum
paſſi ſunt.v.idus februarij.
57 Zoticus:hyreneus: amantius ⁊ hiacyntus
martyres rome paſſi ſunt.iiij.idus febr.
58 Deſiderius eps apud legendum quieuit in
chriſto.iij.idus februarij.
59 Macarius:rufinus: ⁊ iuſtus martyres paſ-
ſi ſunt pridie idus februarij.
60 Modeſtus et amoius infantes eodem die
in alexandria martyrio coronātur.
61 Polyotus martyr:qui latine interpretatur
multe auris in mylitana armenie idibꝰ
februarij.paſſus eſt.
62 Licinius epiſcopꝰ in ciuitate andegauen̄.
eodem die quieuit.
63 Stephanus epiſcopus et iulianus marty-
res eodē die lugdun̄.paſſi ſunt.
64 Uitalis preſbyter: felicula et zeno marty-
res rome paſſi ſunt.xvi.kalen.martij.
65 Creator martyr cū vxore ⁊ vniuerſa domo
rome paſſi martyrio coronant.xv.kl'.mar.
66 Quinidius eps in gallis ciuitate vaſionēſe
ip̄o die quieuit:cuius mortē in cōſpectu
dn̄i precioſam miracula crebra teſtātur.
67 Agapes virgo in ciuitate iteranis eodem
die in domino dormiuit.
68 Julianus martyr ⁊ eps cū aliis.v.milibus
apud egyptū paſſus eſt.xiiij.kl'.martij.
69 Donatꝰ: ⁊ ſecūdianꝰ: ⁊ romulꝰ cū aliis.86.
apō vrbē cōcordiā paſſi ſūt.xiij.kl'.mar.
70 Siluinꝰ eps taruenen̄.ip̄o die in dn̄o q̄euit.
71 Rutulus:ſiluanꝰ: ⁊ maximus mar.in aphri
ca.xij.kalē.martij martyrio coronantur.
72 Publius:iulianus et marcellus in eadem
aphrica paſſi ſunt.xi.kalen.martij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

73 Potamius ⁊ nemeſius in cypꝛo inſula paſ
ſi ſunt.x.kalen.martij.
74 Caius:victoꝛ: ⁊ panthamia eodẽ die rome
palmam percipiunt.
75 Uerolus:ſecũdinus:ſeruulus ⁊ aliȷ̃ viginti
in aphꝛica ciuitate adrumeto paſſi ſunt
ix.kalen.martij.
76 Sergi⁹ martyꝛ in ceſarea cappadocie paſ-
ſus eſt.vi.kal.martij: cuius vt dicit ado
geſta preclara habentur
77 Foꝛtunatus pſbr̃: ⁊ felix cum aliȷ̃s.xxvij.
iiij.kal.martij paſſi ſunt
78 Baldomerus cõfeſſoꝛ vir dei quieuit in do
mino.iij.kal.martij:cuius ſepulchꝛũ cre
bꝛis miraculis illuſtratur
79 Alexander:abũdantius: ⁊ foꝛtunio marty-
res ipſo die paſſi ſunt.
80 Macarius ⁊ rufinus: iuſtus ⁊ theophilus
pridie kal.martij martyꝛio coꝛonantur
81 Hermes et adrianus martyꝛes in ciuitate
maſſilie paſſi ſunt kal.martij
82 Leo martyꝛ eodem die paſſus eſt
83 Lucius epſ:abſalon ⁊ largus martyꝛio co
ronati ſunt.vi.non.martij
84 Euſebius:palatinus ⁊ aliȷ̃ nouẽ martyꝛes
iij.non.martij palmam percipiunt.
85 Julianus epſ in ciuitate toleto claruit pꝛi-
die non.martij:qui vt ait ado apd̃ eiuſdẽ
loci incolas famoſiſſimus habetur
86 Quadragintaduo martyꝛes in perſida paſſi
ſunt.vi.idus martij
87 Goꝛgonius ⁊ firmus martyꝛes eodem die
palmam perceperunt
88 Petrus martyꝛ in aphꝛica paſſus eſt prid̃.
idus martij
89 Aphꝛodiſius cõfeſſoꝛ eodẽ die quieuit.
90 Patricius epiſcopus auernis claruit.vij.
kalen.apꝛilis.
91 Quintus:quintilus:quintilia ⁊ marcus cũ
aliȷ̃s nouẽ martyꝛes apud ſurrhentum
paſſi ſunt.xiiij.kal.apꝛilis
92 Leontius epiſcopus apollonij eodẽ die in
chꝛiſto doꝛmiuit
93 Paulus:cyrillus: ⁊ eugenius martyꝛes cũ
aliȷ̃s q̃ttuoꝛ.xiij.kal.aplis palmas mar-
tyꝛij perceperunt
94 Lupicinus abbas in territoꝛio lugduni q̃e
uit in chꝛiſto.xij.kalen.apꝛilis: cui⁹ vita
ſctitatis ⁊ miraculoꝝ gl̃ia inſignis fuit
95 Saturninus epiſcopus ⁊ aliȷ̃ nouem mar-
tyꝛes in aphꝛica paſſi ſunt vndecimo ka-
len.apꝛilis
96 Romulus ⁊ ſecundolus martyꝛes in mau-
ritania pꝛo chꝛiſto paſſi ſunt nono kalẽ.
apꝛilis
97 Seleucus confeſſoꝛ ipſa die apud ſyꝛiam
quieuit
98 Agapitus confeſſoꝛ eadem die in phꝛygia
claruit.
99 Cyꝛinus martyꝛ rome paſſus eſt octauo ka
len.apꝛilis.
100 Theodoꝛus epũs:hyꝛeneus diacon⁹: ſera-
pion: ⁊ amoni⁹ lectoꝛes: mar.apud pẽta
polim libye paſſi ſunt.vij.kalen.apꝛilis
101 Alexander martyꝛ in pannonia triumphuz
obtinuit.vi.kalen.apꝛilis
102 Caſtoꝛ et doꝛotheus mar.tarſi cilicie paſſi
ſunt.v.kalen.apꝛilis
103 Doninus ⁊ victoꝛ mar.theſſalonice marty-
rio coꝛonant.iiij.kal.apꝛilis.
104 Paſtoꝛ epiſcopus palatinus eodem die au
reliani claruit
105 Diodolus:aneſius:felix:coꝛnelia ⁊ valeria:
poꝛt⁹ ⁊ abdas mar.in aphꝛica paſſi ſunt
xi.kalen.apꝛilis
106 Uenantius epiſcopus ⁊ mar.kalen.aplis
palmam pꝛomeruit
107 Uictoꝛ pꝛeſbyter: ⁊ ſtephanus mar.eodem
die in egypto paſſi ſunt
108 Eugarius ⁊ benignus mar.coꝛonas perci-
piunt in ſcythia ciuitate thomis.iij.no-
nas apꝛilis
109 Pancratius confeſſoꝛ ipſo die apud tauro
meniũ ſicilie quieuit in chꝛiſto
110 Martiana nicanoꝛ: ⁊ apollonius mar.apd̃
egyptum paſſi ſunt non.apꝛilis
111 Amphianus confeſſoꝛ eodem die apud ce-
ſaream lycie claruit
112 Timotheus ⁊ diogenes mar.in macedonia
palmas perceperunt.viij.idus apꝛilis
113 Epiphanius epſ:donatus pꝛeſbyter: ⁊ aliȷ̃
quattuoꝛdecim apud aphꝛicã paſſi ſunt
ſeptimo idus apꝛilis
114 Pleuſius pꝛeſbyter eodeʒ die in alexãdria
in chꝛiſto quieuit
115 Apollonius pꝛeſbr̃: ⁊ aliȷ̃ quinq̃ mar.apud
alexandriam paſſi ſunt.iiij.idus apꝛilis
116 Domnus epiſcopus cũ militibus octo mar
tyꝛes ĩ dalmatia ciuitate ſalona paſſi ſũt
iij.idus apꝛilis
117 Thallaeus pꝛeſbr̃ ⁊ confeſſoꝛ eodem die in
pace quieuit
118 Conſtantinus epũs oppido vapigo claret
pꝛidie idus apꝛilis
119 Euphemia virgo ⁊ mar.idibus apꝛilis co-
ronam percepit
120 Froto abbas apd̃ alexandriã claruit.xviij.
kalen.maij.Cuius vita vt dicit ado ſan-
ctitate ⁊ miraculis extitit gloꝛioſa
121 Proculus mar. ⁊ donina virgo cũ ſociȷ̃s vir
ginibus ipſo die interamis paſſi ſunt
122 Petrus diaconus ⁊ hermogenes mar.apd̃
aphꝛicã paſſi ſunt.xv.kal.maij
123 Helcus pꝛeſbyter:paulus:et iſidoꝛus mo-
nachi in ciuitate coꝛduba eodẽ die mar-
tyꝛium perceperunt
124 Pꝛefectus pꝛeſbr̃ ⁊ mar.in pꝛefata ciuita-
te coꝛduba paſſus eſt.xiiij.kal.maij



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

25 Hermogenes: caius: expeditus: ariſtonicus: rufus: galatas martyꝛes vna die coronati ſunt in armenia ciuitate mylitana: ſcilicet. xiij. kalen. maij.

126 Uincentius martyꝛ eodem die in hiſpania ciuitate caucoliberi paſſus eſt.

127 Martianus confeſſoꝛ antiſiodoꝛi quieuit xij. kalen. maij

128 Uildifrius epiſcopus et confeſſoꝛ claruit viij. kalen. maij

129 Euādius ꝛ hermogenes ciuitate ſyꝛacuſana martyꝛio coꝛonanť. vij. kaľ. maij

130 Caſtoꝛ et ſtephanus martyꝛes tarſi cilicie paſſi ſunt. v. kalen. maij

131 Aphꝛodiſius: charilipus: agapitus: ꝛ euſebius martyꝛes quarto kaľ. maij palmas perceperunt

132 Apollinaris martyꝛ eodē die in pannonia paſſus eſt

133 Saturninꝰ et neopolus martyꝛes. vi. noñ. maij in carcere quieuerunt.

134 Nicetius epiſcopus vienne claruit. iij. nonas maij: qui fuit vir pꝛeclariſſimus ꝛ nobilis: vt ait ado.

135 Jouinianus lectoꝛ ꝛ martyꝛ antiſiodoꝛi eodem die coꝛonam pꝛomeruit.

136 Heliodoꝛus et venuſtus cum alijs ſeptuagintaquinqꝫ in aphꝛica martyꝛio coꝛonantur pꝛidie noñ. maij.

137 Juuenalis martyꝛ noñ. maij paſſus eſt.

138 Stephanus ꝛ victoꝛ atqꝫ helladius epiſcopi apud egyptum paſſi ſunt martyꝛium viij. idus maij.

139 Trecēti ꝛ decem martyꝛes in perſide paſſi ſunt. vij. idus maij.

140 Quartus ꝛ quintus martyꝛes rome via latina ad centunaulas palmas perceperūt vi. idus maij.

141 Aquilinus ꝛ victoꝛianus martyꝛes: quoꝛū geſta habenť in ſyꝛia prouīcia paſſi ſunt xvij. kalen. iunij.

142 Jſidoꝛus epūs thꝛecas eodeꝫ die quieuit.

143 Heraclius: paulus: ꝛ aq̄linus cū alijs duobus martyꝛes paſſi ſunt in ciuitate niueduno. xvi. kalen. iulij.

144 Poliuetus: victoꝛius: et donatꝰ martyꝛes apud ceſaream cappadocie martyꝛiū ꝑtulerunt. xij. kalen. iunij.

145 Secundinꝰ martyꝛ eodeꝫ die coꝛdube paſſus eſt.

146 Helena virgo ātiſiodoꝛi claruit vndecimo kalen. iunij.

147 Fauſtinus ꝛ timotheus ipſo die rome paſſi ſunt.

148 Epitticus ꝛ baſileus epiſcopi in hiſpanijs clarent. x. kalen. iunij.

148 Jnnocentius martyꝛ in poꝛtu romano paſſus eſt. ix. kalen. iunij.

50 Zoilus: ſeruulus: felix: ſiluanus: ꝛ diocles martyꝛes apud hiſtriam ipſo die triumphum obtinuerunt.

151 Paſcrates ꝛ valentio martyꝛes ꝛ alij duo ſimul coꝛonati ſunt. viij. kalen. iunij.

152 Quadratus martyꝛ. vij. kalē. iunij paſſus eſt: in cuiꝰ ſolēnitate ſcti auguſtini ſmones inueniūtur ad ppl'm: vt dicit ado.

153 Feliciſſimus: eradius: ꝛ paulinꝰ martyꝛes tuderti tuſcie eodē die palmas ꝑcipiūt.

154 Ragnulphus martyꝛ in pago attrebatenſi paſſus eſt. vi. kalen. iunij.

155 Libertus confeſſoꝛ eodem die apud anconam doꝛmit.

156 Emilius: felix mulier: pꝛiamus: et lucianꝰ martyꝛes in ſardinia coꝛonantur quinto kalen. iunij.

157 Reſtitutus martyꝛ rome via aurela quarto kaľ. iunij paſſus eſt.

158 Septem germani eodem die via tyburtina paſſi ſunt.

159 Sabinus: ꝛ chꝛiſtolus martyꝛes turribus ſardinie palmas obtinent tertio kalen. iunij.

160 Sycus ꝛ platinus in antiochia eodē die ꝑ multa toꝛmenta paſſi ſunt.

161 Creſcentianus martyꝛ turribus ſardinie pꝛidie kalen. iunij coꝛonam percepit.

162 Capraſius abbas monaſterij lirimenſ. quieuit in xp̄o kalen. iunij.

163 Aretius et diaconus martyꝛes rome paſſi ſunt pꝛidie noñ. iunij.

164 Amantius et alexander martyꝛes in ciuitate niueduno martyꝛio coꝛonātur. viij. idus iunij.

165 Petrus p̄ſbr̄: eutychius: hieremias: ꝛ alij tres coꝛdube paſſi ſunt. vij. idus iunij.

166 Saluſtianus cōfeſſoꝛ apud ſardiniā ſexto idus iunij claruit

167 Uincentius leuita ꝛ martyꝛ in ciuitate agino paſſus eſt. v. idus iunij.

168 Zacharias martyꝛ nicomedie paſſus ē q̄rto idus iunij.

169 Cenſurius confeſſoꝛ et ep̄s quieuit in dn̄o antiſiodoꝛi die eodem.

170 Lucianus ꝛ creſcentianus martyꝛes aſſi ſunt in aphꝛica idibus iunij.

171 Aurelianus ep̄s et confeſſoꝛ lugduni doꝛmiuit in dn̄o. xvi. kalen. iulij.

172 Ducenti et ſexagintaduo martyꝛes rome paſſi poſiti ſunt via ſalaria vetere ad cliuium cucumeris. xv. kalen. iulij.

173 Uulmarus cōfeſſoꝛ admirāde ſctitatis et religionis vir ipſo die quieuit in pace.

174 Adiutus pꝛeſbyter ꝛ confeſſoꝛ eodem die aureliani doꝛmiuit in chꝛiſto.

175 Baddulphus abbas eodem die claruit.

176 Paulinus: cypꝛianus: felix: ꝛ feliciana virgines ꝛ martyꝛes apud ciuitatē thomis martyꝛio coꝛonanť. xij. kalen. iulij.

177 Rufinus et martia virgo martyres paſſi ſunt in ſicilia ciuitate ſyracuſa.xi.kalendas iulij.

178 Quiriacus ⁊ apollinaris martyres eodem die in aphrica palmam ſuſcipiunt.

179 Maxentius preſbyter ⁊ confeſſor in pago pictauenſi.vi.kalen.iulij claruit.

180 Perſeuerāda virgo eodem die in domino requieuit.

181 Benedicta virgo in territorio ſenonico quieuit in pace. iij. kalen.iulij.

182 Corſicus preſbyter ⁊ leo ſubdiaconus paſſi ſunt martyriū pridie kalen.iulij.

183 Oſtianus ep̄s ⁊ confeſſor in territorio viuarieſi.eodē die in dn̄o dormiuit.

184 Epachrius monachus ⁊ confeſſor in ciuitate engoliſma claruit kalē.iulij.

185 Theodoricus preſbyter ip̄o die in territorio rhemenſi feliciter quieuit.

186 Saluius confeſſor eodem die in portu valentianas claruit.

187 Monegunda virgo apud turon̄.obdormiuit in dn̄o.vi.nonas iulij.

188 Tryphon ⁊ alij ducenti martyres alexandrie paſſi ſunt.v.non̄. iulij.

189 Eulogius ⁊ euphemia: achaicus ⁊ demetrius martyres conſtantinopoli eodem die obtinuerunt triumphū.

190 Domitius martyr apud ſyriam paſſus eſt iij.non̄.iulij : qui vt ait ado : virtutibus ſuis multa incolis beneficia preſtat.

191 Stephanus preſbyter: ⁊ leontius martyres rome paſſi ſunt.v.idus iulij.

192 Juſtus et amicus ep̄i: in dn̄o quieuerunt in ciuitate lugdun̄.pridie idus iulij.

193 Phocatus ep̄s ip̄o die in xp̄o dormiuit.

194 Eutropiꝰ: zozyma ⁊ bonoſa ſorores martyres:rome in portu paſſi ſūt idibꝰ iulij.

195 Philippꝰ:zeno:narſis: ⁊ alij decē infantes eodē die alexādrie martyrio coronant.

196 Emilianus confeſſor apud ciuitatē doroſcorū claruit.xv. kalen. auguſti.

197 Sabinus:maximus:iulianus:machrobiꝰ caſſius ⁊ paula:cum alijs decē paſſi ſunt apud damaſcū decimotertio kalē.augu.

198 Paulus diaconus ⁊ martyr in ciuitate corduba eodē die martyriū ſumpſit.

199 Julia virgo et martyr in ciuitate trechas paſſa eſt.xij.kalen. auguſti.

200 Primitiua virgo rome quieuit decimo kalendas auguſti.

201 Octoginta ⁊ tres milites paſſi ſunt in ciuitate amiternina.ix.kalē.auguſti.

202 Tiberius ep̄us antiſiodori quieuit.vi. kalendas auguſti.

203 Symeō monachꝰ ip̄o die in ſilicia claruit.

204 Peregrinus p̄ſbyter ⁊ cōfeſſor cuius beatitudinē miraculoꝝ gloria teſtatur quieuit lugduni quinto kalen.auguſti.

205 Urſus epiſcopus antiſiodori in chriſto dormiuit.iij.kalen.auguſti.

206 Democritus ſecūdus ⁊ dionyſius martyres in ciuitate ſummada paſſi ſunt pridie kalen.auguſti.

207 Hermeius martyr conſtantinopoli paſſus eſt.iij.non̄. auguſti.

208 Ephronius epiſcopus eodē die auguſtuduni quieuit.

209 Petrus ⁊ iulianꝰ martyres cū alijs.xviij. rome paſſi ſunt.vij.idus auguſti.

210 Fauſtinus martyr apud mediolanum ip̄o die paſſus eſt tempore aurelij cōmodi.

211 Agapes virgo quieuit in pace.vi.id.aug.

212 Bandericus ep̄us et confeſſor in ciuitate cameraco tertio idus auguſti claruit.

213 Gratilianꝰ ⁊ feliciſſima virgo in vrbe phalari paſſi ſunt pridie idus auguſti.

214 Macarius ⁊ iulianus eodem die in ſyria martyrio coronantur.

215 Demetrius confeſſor in aphrica.xix. kalē. ſeptembris dormiuit.

216 Simplicianus epiſcopus quieuit in pace xviij.kalen. ſeptembris.

217 Marinus ꝯfeſſor in territorio bituricenſi claruit.xiiij.kalen.ſeptembris.

218 Bonous: et maximianus martyres paſſi ſunt.xij.kalen . ſeptēbris quorum geſta ado dicit haberi.

219 Martialis:epictetus:ſaturninus: aprilis ⁊ felix:cū quibuſdā coꝝ ſocijs in portu romano mar.paſſi ſunt.xi . kal'.ſeptēbr.

220 Hippolitus:quiriacus ⁊ archelaus martyres in prefate vrbis portu paſſi ſunt decimo kalen.ſeptembris

221 Mineruus ⁊ eleazarus cū filijs.viij. martyres eodē die lugduni gallie triumphū obtinuerunt.

222 Fauianus ep̄s ip̄o die quieuit in pace.

223 Audoricus ep̄us in ciuitate rothomageſi. claruit.ix.kalen. ſeptembris

224 Julianus martyr et preſbyter in prouincia ſyrie.viij.kalē . ſeptēbris paſſus eſt.

225 Eleutherius ep̄us antiſiodori dormiuit vij.kalen.ſeptembris.

226 Marcellinus tribunus ⁊ vxor eiꝰ mām̄ea ⁊ filius ip̄ius iohannes : ⁊ ſerapion clericus: et petrus milites in ciuitate thomis.vi.kal'.ſeptēb.martyrio coronātur.

227 Syagrius ep̄us eodē die auguſtuduni in pace dormiuit.

228 Uiuianus ep̄s ⁊ confeſſor apud xantonas claruit.v.kalē.ſeptembris.

229 Candida virgo in pace quieuit.iiij.kalen. ſeptembris.

230 Niceas ⁊ paulus martyres in antiochia ſyrie eodē die paſſi ſunt.

231 Baſila ſancta in ſyrmio ip̄o die dormiuit in domino.

232 Gaudentia virgo rome claruit tertio kalē das ſeptembris.

233 Sixtus ep̄s capuanus primus eiuſdē vrbis antiſtes apō ipam ciuitatē via aquaria dormiuit kalen. ſeptēbris.

234 Victurius epiſcopus eodem die cenomanis quieuit

235 Manſuetus ep̄us in ciuitate tullo claruit tertio nonas ſeptembris.

236 Tres pueri martyres ſcilicet rufinus: ſaluinus: ⁊ vitalicus: apud ancyram galatie paſſi ſunt pridie nonas ſeptēbris.

237 Magnus: caſtus: et maximus martyres eodē die palmas percipiunt.

238 Herculanus martyr rome in portu paſſus eſt nonis ſeptembris.

239 Quintus: archontius: ⁊ donatus martyres eodē die capue triūphū obtinuerūt.

240 Lotidus diaconus in cappadocia vrbe reate claruit. viij. idus ſeptēbris.

241 Amonius: theophilus: neotherius: ⁊ alij xxij. martyres alexādrie paſſi ſunt ſexto idus ſeptembris

242 Timotheus ⁊ fauſtus ipſo die antiochie coronas percipiunt.

243 Hiacinthus ep̄s: alexander ⁊ tyburtius martyres in ſabinis miliario ab vrbe. 30. paſſi ſunt. v. idus ſeptēbris.

244 Patiens cōfeſſor lugduni deponitur. iij. idus ſeptembris.

245 Sacerdos ep̄us lugduni gallie quieuit pridie idus ſeptēbris.

246 Lycorius epiſcopus turonis claruit idibus ſeptembris.

247 Aper ep̄us et confeſſor in ciuitate tullo quieuit in xp̄o. xviij. kal̄. octobris.

248 Narciſſus ⁊ creſcentius martyres rome paſſi ſunt. xv. kalen. octobris.

249 Valerianus: macrius: ⁊ gordianus eodē die in ciuitate nuieduno mar. coronant̄.

250 Socrates ⁊ ſtephanus martyres ipſo die in britannis palmas precipiunt.

251 Trophin⁹: ⁊ ocean⁹: atq̧ euſtorgius ep̄us paſſi ſunt martyriū. xiiij. kalē. octo.

252 Sequanus abbas ⁊ preſbyter plurime iuſticie vir in territorio lingonice ciuitatis quieuit in dn̄o. xiij. kal̄. octobris.

253 Euſtachius ep̄s vir magnarū virtutū eodem die turonis claruit.

254 Dionyſius ⁊ priuatus martyres in phrygia paſſi ſunt. xij. kal̄. octo.

255 Pamphilus martyr rome paſſus eſt. xi. kalendas octobris.

256 Laudon ep̄s in territorio ciuitatis cōſtantie claruit. x. kalen. octo.

257 Siluanus cōfeſſor ip̄o die in territorio biturienſi quieuit.

258 Liberius epiſcopus rome dormiuit. ix. kalen. octobris.

259 Ruſticus epiſcopus auernis quieuit in pace octauo kalen. octobris.

260 Lupus ep̄s ⁊ anachorita aſſumptus apō lugdunū claruit. vij. kal̄. octo.

261 Senator martyr in ciuitate albana paſſus eſt. vi. kalen. octobris.

262 Stacteus confeſſor rome quieuit. iiij. kalendas octobris.

263 Salomon ep̄s ⁊ confeſſor in ciuitate ianuis dormiuit in pace eodē die.

264 Eutychius ep̄s: platus ⁊ heraclas martyres paſſi ſunt in thracia. iij. kalē. octo.

265 Fraternus ep̄us ⁊ confeſſor quieuit antiſiodori die eodem.

266 Areta martyr ⁊ alij quinq̧ ⁊ quattuor paſſi ſunt rome kalen. octobris.

267 Priſcus: creſceus: ⁊ euagri⁹ martyres in ciuitate thomis ipſo die coronas preceperunt.

268 Veriſſimus: maxima ⁊ iulia ſorores apud prouinciā luſitanā in ciuitate heliſapomia eodē die martyrio triumpharunt.

269 Primus: quiril⁹: ⁊ ſecūdarius martyres antiochie paſſi ſunt. vi. nonas octo.

270 Candidus martyr rome aduerſus pilcatum paſſus eſt. v. no. octobris.

271 Placidus: eutychius: et alij. 30. martyres apud ſiciliam paſſi ſunt. iij. no. octo.

272 Apollinaris ep̄s in galijs ciuitate valētia eodē die quieuit: cuius vita virtutibus inſignis fuit: ⁊ mors nihilominus ſignis ⁊ prodigijs decorat̄: vt dicit ado.

273 Firmatus diacon⁹: ⁊ flauiana v̄go germani mar. eodē die antiſiodori paſſi ſunt.

274 Balbina virgo rome quieuit in pace pridie nonas octobris.

275 Marcellus preſbyter: caſtus emilius: et ſaturninus martyres eodē die apud capuam paſſi ſunt.

276 Petrus martyr in ciuitate hiſpali paſſus eſt octauo idus octobris.

277 Palatia ſancta eodē die ancone quieuit.

278 Siſterius confeſſor quieuit in chriſto ſeptimo idus octobris.

279 Melanus confeſſor rhedonis claruit. v. idus octobris.

280 Nicaſius ep̄us: ⁊ ſocij martyres in pago vilcaſino ip̄o die paſſi ſunt.

281 Canicius abbas eodē die in ſcotia q̄euit.

282 Hediſtius martyr apud rauennā via laurentina paſſus. iiij. idus octobris.

283 Euſtathius preſbyter ipſo die in ſyria in chriſto dormiuit.

284 Epion p̄ſbyter eodē die biturice' claruit.

285 Viliſtidus ep̄s cōfeſſor eodem die quieuit in pace.

286 Venāti⁹ abbas q̄euit turonis. iij. id̄. octo.

287 Marcellus adrianus ⁊ marcus eodē die martyrio coronantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

288 Saturninus ⁊ lupus mar. paſſi ſunt p̄die idus octobris

289 Fortunatus mar. rome via aurelia paſſus eſt idibus octobris.

290 Luphilus ⁊ fortunatus martyres ipſo die capue paſſi ſunt

291 Saturninus preſbyter: et nereus cū alijs trecētiſſexagintaquinq̧ paſſi ſunt. xvij. kalen. nouembris.

292 Florētinus epiſcop⁹ ciuitate auraſica claruit: qui multis clarus virtutib⁹ in pace quieuit. xvi. kal'. nouembris

293 Victor epiſcopus: alexāder ⁊ marian⁹ mar. ip̄o die paſſi ſunt

294 Alexander ⁊ victor. xv. kal'. nouēbris martyrio coronantur

295 Beronicus et pelagia: et alij quadraginta noue₃ in antiochia ſyrie paſſi ſunt. xliij. kalen. nouembris

296 Proculus ⁊ nicea mater ei⁹ ip̄o die in ciuitate puteoli martyrij palmā p̄cipiūt.

297 Daſius: zoticus: ⁊ caius cum duodecim militibus apud nicomediam paſſi ſunt. xij. kalen. nouembris

298 Seuerianus epiſcopus eodem die burdigallis quieuit.

299 Philippus epiſcopus: euſebius ⁊ hermes mar. apud andronopolim thracie paſſi ſunt. xi. kal'. nouembris

300 Vitalis confeſſor quieuit in chriſto. ix. kalen. nouembris.

301 Hilarius epiſcopus et confeſſor in ciuitate gauallis q̄euit in pace. viij. kal'. nouē.

302 Amādus: lucianus: ⁊ florus confeſſores q̄euerūt in pace. vij. kal'. nouembris.

303 Ruſticus epiſcopus eodē die dormiuit in ciuitate narbona

304 Florentius mar. apud tile caſtrum paſſus eſt. vi. kal'. nouembris

305 Hiacynthus: quintus: felicianus: ⁊ lucius mar. in lucania prouincia paſſi ſunt. iiij. kalen. nouembris

306 Ducenti ⁊ viginti mar. apud aphricā paſſi ſunt. iij. kal'. nouembris

307 Seuerin⁹ monachus de tyburtina ciuitate quieuit in xp̄o kal'. nouembris

308 Amātius epiſcopus in gallijs ciuitate rhedonis claruit pridie noñ. nouē. Cui⁹ vita ſanctitate ⁊ miraculis extitit glorioſa.

309 Proculus martyr ip̄o die auguſtuduni paſſus eſt

310 Letus preſbyter aureliani quieuit noñ. nouembris.

311 Atticus confeſſor in aphrica quieuit octauo idus nouembris

312 Villebrordus epiſcopus in friſia deponit' vij. idus nouembris

313 Victorius ep̄s ⁊ confeſſor vnduni quieuit v. idus nouembris

314 Demetrius epiſcopus: amatus diaconus: euſtochius ⁊ alij. xx. martyres antiochie paſſi ſunt. iiij. idus nouembris

315 Monitor epiſcopus eodem die aureliani quieuit

316 Cunebertus epiſcopus in ciuitate agrippineñ. deponit' p̄id. idus nouembris.

317 Paternus mar. eodem die in territorio ſenonico paſſus eſt

318 Leo confeſſor in caſtello miliduno ip̄o die claruit

319 Valentinus: ſolutor ⁊ victor mar. rauenne paſſi ſunt idibus nouembris.

320 Mitrus martyr in prouincia ciuitate aq̄s eodem die paſſus eſt

321 Clementinus: theodorus: et philomenus mar. apud thraciā ciuitate heraclea paſſi ſunt. xviij. kal'. decembris.

322 Rufinus: marcus: valerius: et honoratus mar. in aphrica triumphum percipiunt xvi. kal'. decembris

323 Maximus epiſcopus ⁊ martyr rome paſſus eſt perſecutione maximiani: et poſitus eſt ad ſanctum tyburtium. xiij. kalen. decembris

324 Simplicius ep̄s eodē die quieuit ī pace.

325 Mampelus et caius martyres apud ſiciliā in ciuitate meſana paſſi ſunt. xij. kalen. decembris

326 Taurinus: ſolutor: ⁊ auentor eodē die martyrio coronantur

327 Pragmatius epiſcopus auguſtuduni claruit. x. kalen. decembris

328 Rhodon p̄ſb̄r ⁊ confeſſor quieuit in pace in pago aſpanio. ix. kal'. decembris.

329 Seuerinus monachus ⁊ ſolitarius eodem die pariſius deponitur

330 Lucretia virgo et martyr ciuitate emerita ipſo die paſſa eſt

331 Feliciſſimus confeſſor apud peruſium claruit. viij. kal'. decembris

332 Eraſmus martyr antiochie paſſus eſt. vij. kal'. decembris

333 Amator epiſcopus auguſtuduni quieuit in domino. vi. kal'. decembris.

HJ omnes et infiniti alij: quorum numerum et nomina ſolius dei ſapiētia nouit: regnant in celis et cum chriſto gaudent in eternū. Cui⁹ regnū ⁊ imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Explicit liber vndecimus.